

509 quotations attributed to Cicero in the *Compendium moralium notabilium*  
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 1, Rubrica 1: De religione et superstitione (fol.1ra):

Tullius de natura deorum libro 1. **Sanctitas est scientia colendorum deorum.**<sup>1</sup> Idem  
rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 9. **Religio est virtus que superioris cuiusdam  
nature: quam diuinam notant curam: cerimoniamque affert.**<sup>2</sup>

1. Sanctitas autem est scientia colendorum deorum; qui quam ob rem colendi sint non intellego nullo nec accepto ab his nec sperato bono.

Cicero, *De natura deorum*, 1.116 (W. Ax ed., p.45).

2. Religio est, quae superioris cuiusdam naturae, quam diuinam vocant, curam caerimoniamque affert; pietas, per quam sanguine coniunctis patriaeque benivolum officium et diligens tribuitur cultus; gratia, in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria et remunerandi voluntas continetur; vindicatio, per quam vis aut iniuria et omnino omne, quod obfuturum est, defendendo aut ulciscendo propulsatur; observantia, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore dignantur; veritas, per quam inmutata ea, quae sunt [ante] aut fuerunt aut futura sunt, dicuntur.

Cicero, *De inuentione*, 2.53.161 (E. Stroebel ed., p.148).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 8: De charitate seu dilectione et odiositate dei ad hominem (fol.3rb):

Tullius in oratione pro quinto ligario. **Homines ad deos nulla re propius accedunt quam salutem hominibus dando.**

Homines enim ad deos nulla re propius accedunt quam salutem hominibus dando.

Cicero, *Pro Q. Ligario oratio*, 38 (A. Klotz ed., p.99).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 19: De charitate religiosa hominis ad proximum (fol.6vb):

Tullius in oratione pro quinto ligario: **Homines ad deos nulla re propius accedunt quam salutem hominibus dando.**

Homines enim ad deos nulla re propius accedunt quam salutem hominibus dando.

Cicero, *Pro Q. Ligario oratio*, 38 (A. Klotz ed., p.99).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 24: De vanitate mundi et hominis et humanorum bonorum (fol. 8vb):

Tullius de oratore: libro 3. et finali. **O fallaces hominum spem: fragilemque fortunam et inanes vestre conceptiones que mediocri in spacio sepe franguntur et corruunt: vt ante ipso cursu obruantur quam portum conspiceret potuerit.**

O fallacem hominum spem fragilemque fortunam et inanis nostras contentiones! quae medio in spatio saepe franguntur et corruunt aut ante in ipso cursu obruantur, quam portum conspiceret potuerunt.

Cicero, *De oratore*, 3.7 (K. Kumaniecki ed., p.264).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 28: De paradiso salute premio et gloria animarum bonorum hominum (fol.10vb):

Tullius tusculanarum questionum libro i. **Socrates disseruit duas esse vias. Duplicesque cursus animorum corpore excedentium. Nam qui se humanis vitiis contaminassent: et se totos libidinibus dedissent: quibus cecati velut domesticis vitiis atque flagitiis se inquinassent vel publica violanda fraudes inexpiabiles concepissent: his demum quoddam iter esse seclusum a concilio deorum. Qui autem se integros castosque seruauissent quibusque fuisset minima corporis contagiose seque ab his semper cauissent essetque in corporibus humanis vitam imitati deorum his ad illos a quibus essent profecti reditum facile patere.**

His et talibus rationibus adductus Socrates nec patronum quaesivit ad iudicium capitis nec iudicibus supplex fuit adhibuitque liberam contumaciam a magnitudine animi ductam, non a superbia, et supremo vitae die de hoc ipso multa disseruit et paucis ante diebus, cum facile posset educi e custodia, noluit, et tum paene in manu iam mortiferum illud tenens poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in caelum videretur ascendere. Ita enim censebat itaque disseruit, duas esse vias duplicesque cursus animorum e corpore excedentium: nam qui se humanis vitiis contaminavissent et se totos libidinibus dedissent, quibus caecati vel domesticis vitiis atque flagitiis se inquinavissent vel re publica violanda fraudes inexpiabiles concepissent, is devium quoddam iter esse, seclusum a concilio deorum; qui autem se integros castosque servavissent, quibusque fuisset minima cum corporibus contagio seseque ab is semper sevocavissent essentque in corporibus humanis vitam imitati deorum, is ad illos a quibus essent profecti reditum facilem patere.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.30.71-72 (M. Pohlenz ed., pp.253-4).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 31: De inferno et penis animarum peccatorum (fol.12ra):

Tullius tusculanarum questionum libro i. **Socrates deseruit** et cetera ut supra titulo 4. de paradiso. Idem tullius inuectiuarum in catilinam libro 4. et finali. **Ut aliqua inuita formido improbis esset posita apud inferos antiqui supplicia ipsis constituta esse voluerunt.** e.c.r.

Itaque ut aliqua in vita formido improbis esset proposita, apud inferos eiusmodi quaedam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt, quod videlicet intellegebant his remotis non esse mortem ipsam pertimescendam.

Cicero, *In Catilinam orationes*, 4.8 (P. Reis ed., p.39).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 42: De falsis opinionibus contrariis Christiane religioni cognoscendis et damnandis in libris vsualibus Christianorum: primo circa essentiam dei (fol.14rb):

Tullius de natura deorum libro i. **Quidam dixerunt totam de diis immortalibus opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus rei publice causa: vt quos ratio non posset eos ad officium religio ducent.**<sup>1</sup> Idem inuectiuatum in catilinarum libro 4. et finali. **Ut aliqua in vita formido improbis esset posita: apud inferos antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt.**<sup>2</sup>

1. Quid i qui dixerunt totam de dis immortalibus opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus rei publicae causa, ut quos ratio non posset eos ad officium religio duceret, nonne omnem religionem funditus sustulerunt?

Cicero, *De natura deorum*, 1.118 (W. Ax ed., p.46).

2. Itaque ut aliqua in vita formido improbis esset proposita, apud inferos eius modi quaedam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt, quod videlicet intellegebant his remotis non esse mortem ipsam pertimescendam.

Cicero, *In Catilinam orationes*, 4.8 (P. Reis ed., p.39).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 42: De falsis opinionibus contrariis Christiane religionis cognoscendis et damnandis in libris vsualibus Christianorum: Secundo circa fatum (fol.14rb):

Tullius de diuinatione libro i. circa fine. **Fato omnia fiunt.**

Quae, si fato omnia fiunt, nihil nos admonere potest, ut cautiore simus; quoquo enim modo nos gesserimus, fiet tamen illud, quod futurum est; sin autem id potest flecti, nullum est fatum; ita ne diuinitio quidem, quoniam ea rerum futurarum est.

Cicero, *De diuinatione*, 2.21 (R. Giomini ed., p.86).



Pars 1, Liber 1, Rubrica 42: De falsis opinionibus contrariis Christiane religionis cognoscendis et damnandis in libris vsualibus Christianorum: Tertio circa fortunam (fol.14va):

Tullius de diuinatione libro 2. et finali. **Mihi nec in deum quid cadere videtur vt sciat quid casu et fortuito futurum sit.**<sup>1</sup> Idem in oratione pro marco marcello: **Rerum humanarum domina est fortuna.**<sup>2</sup>

1. Nihil enim est tam contrarium rationi et constantiae quam fortuna, ut mihi ne in deum quidem cadere videatur, ut sciat, quid casu et fortuito futurum sit.

Cicero, *De diuinatione*, 2.18 (R. Giomini ed., p.84).

2. Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil praefectus, nihil cohors, nihil turma decerpit; quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina Fortuna in istius societatem gloriae se non offert, tibi cedit, tuam esse totam et propriam fatetur

Cicero, *Pro M. Claudio Marcello oratio*, 7 (A. Klotz ed., p.71).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 1: De bono et malo (fol.15rb):

Tullius rethoricis artis noue libro 2. capitulo 6. **Omnium malorum stultitia est mater atque materies.**<sup>1</sup> Idem tusculanarum questionum libro 3. **Insipientia nullum maius malum est.**<sup>2</sup> Libro 4. **Natura omnes ea que bona videntur sequuntur fugiuntque contraria.**<sup>3</sup> Idem de fine bonorum et malorum libro 5. et finali. **Confitendum est id esse summum bonum quod certe vniuersum sua sponte ipsum expeti et propter se necesse est.**<sup>4</sup> Idem paradoxorum distinctione i. **Quod rectum et honestum et cum virtute est id solum oppinor bonum.**<sup>5</sup> Idem de legibus libro i. **Quod laudabile bonum est in se habet quod laudetur necesse est: ipsum enim bonum non est opinionibus sed natura.**<sup>6</sup>

1. Item uitiosa expositio est, quae nimium longe repetitur, hoc modo: 'Omnium malorum stultitia est mater atque materies....'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 2.22.34 (F. Marx ed., p.53).

2. Sunt enim insipientes, neque insipientia ullum maius malum est.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.28.68 (M. Pohlenz ed., p.351).

3. Natura enim omnes ea, quae bona videntur, secuntur fugiuntque contraria; quam ob rem simul obiecta species est cuiuspiam, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 4.6.12 (M. Pohlenz ed., p.367).

4. Quoniam autem is animi appetitus a principio fuit, ut ea, quae dixi, quam perfectissima natura haberemus, confitendum est, cum id adepti simus, quod appetitum sit, in eo quasi in ultimo consistere naturam, atque id esse summum bonum; quod certe universum sua sponte ipsum expeti et propter se necesse est, quoniam ante demonstratum est etiam singulas eius partes esse per se expetendas.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 5.16.44 (T. Schiche, p.178).

5. Si, quod recte fit et honeste et cum virtute, id bene fieri vere dicitur, quod rectum et honestum et cum virtute est, id solum opinor bonum.

Cicero, *Paradoxa Stoicorum*, 1.9 (C.F.W. Müller ed., p.199).

6. Quod laudabile bonum est, in se habeat, quod laudetur, necesse est; ipsum enim bonum non est opinionibus, sed natura; nam ni ita esset, beati quoque opinione essent; quo quid dici potest stultius?

Cicero, *De legibus*, 1.46 (C.F.W. Müller ed., p.397).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 2: De honesto et licito et inhonesto seu turpi (fol.15va):

Tullius de fine bonorum et malorum libro 2. **Honestum intelligimus quod tale est vt detracta omni vtilitate sine vllis premiis fructibus ne ipsum possit iure laudari.**

Honestum igitur id intelligimus, quod tale est, ut detracta omni utilitate sine ullis praemiis fructibus ve per se ipsum possit iure laudari.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 2.14.45 (T. Schiche, p.53).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 3: De virtutibus et vitiis (fol.16rb):

Tullius rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 9. **Uirtus est animi habitus nature modo rationi consentaneus. Uirtus habet partes quattuor: prudentiam: iustitiam: fortitudinem: temperantiam.**<sup>1</sup> **Unicuique virtuti finitimum vitium reperitur: aut certo iam nomine appellatum vt audacia que fidentie: pertinacia que perseuerantia finitiua est: superstitio que religioni propinqua est: aut sine vllo certo nomine.**<sup>2</sup> Idem rethoricorum artis noue libro 5. capitulo 10. **Difficile est primum virtutes reuereri: qui semper fortuna secunda sit vsus.**<sup>3</sup> **Omnes bene viuendi rationes in virtute sunt collocande. Sola virtus in sua potestate est.**<sup>4</sup> capitulo 14. **Sine multum potest obesse fortuna: qui sibi firmius in virtute quam vitio presidium collocauit.**<sup>5</sup> Idem de officiis libro i. capitulo 8. **Uirtutis laus omnis in actione consistit.**<sup>6</sup> Idem paradoxorum: distinctione 3. **Prauitatis animi recte vitia dicuntur.**<sup>7</sup> Idem de fine bonorum et malorum libro 4. **Rationis perfectio est virtus.**<sup>8</sup> Idem tusculanarum questionum libro 3. **Sunt ingeniis nostris semina innata virtutum: que si adolescere liceret ipsa nos ad beatam vitam perducerent natura.**<sup>9</sup> **Animus eger vt ait ennius semper errat neque pati neque perpeti potest: cupere vnquam desinit.**<sup>10</sup> **Uirtutes omnes inter se nexae et iugatae sunt.**<sup>11</sup> Idem de natura deorum libro i. **Nihil amabilius est virtute quam qui adeptus fuerit vbicumque erit gentium a nobis diligetur.**<sup>12</sup>

1. Nam virtus est animi habitus naturae modo atque rationi consentaneus. Quamobrem omnibus eius partibus cognitis tota vis erit simplicis honestatis considerata. Habet igitur partes quattuor: prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam.

Cicero, *De inuentione*, 2.53.159 (E. Stroebel ed., p.147).

2. Sic uni cuique virtuti finitimum vitium reperietur, aut certo iam nomine appellatum, ut audacia, quae fidentiae, pertinacia, quae perseuerantiae finitima est, superstitio, quae religioni propinqua est, aut sine ullo certo nomine.

Cicero, *De inuentione*, 2.53.165 (E. Stroebel ed., p.150).

3. Sententia est oratio sumpta de uita, quae <a>ut quid sit aut quid esse oporteat in uita, breuiter ostendit, hoc pacto: 'difficile est primum – uirtute<s> reuereri, qui semper secunda fortuna sit usus.'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.17.24 (F. Marx ed., p.132).

4. Sed illud quoque probandum est genus sententiae, quod confirmatur subiectione rationis, hoc pacto: 'Omnes bene uiuendi rationes in uirtute sunt conlocandae, propterea quod sola uirtus in sua potestate est, omnia praeterea subiecta sunt sub fortunae dominationem.'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.17.24 (F. Marx ed., p.132).

5. In sententia hoc pacto: 'Ei non multum potest obesse fortuna, qui sibi firmius in uirtute, quam in casu praesidium conlocauit.'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.19.27 (F. Marx ed., p.135).

6. Virtutis enim laus omnis in actione consistit.

Cicero, *De officiis*, 1.6.19 (C. Atzert ed., p.7).

7. Sequitur igitur, ut etiam vitia sint paria, siquidem prauitates animi recte vitia dicuntur.

Cicero, *Paradoxa Stoicorum*, 3.22 (C.F.W. Müller ed., p.204).

8. Si est nihil in eo, quod perficiendum est, praeter motum ingenii quendam, id est rationem, necesse est huic ultimum esse ex virtute agere; rationis enim perfectio est virtus; si est nihil nisi corpus, summa erunt illa: valitudo, vacuitas doloris, pulchritudo, cetera.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 5.16.44 (T. Schiche, p.178).

9. Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum, quae si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.1.2 (M. Pohlenz ed., p.316).

10. 'At et morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis; hi enim ipsi odiosi sunt, quod ad animum pertinent eumque sollicitant, animusque aeger,' ut ait Ennius, 'semper errat neque pati neque perpeti potest, cupere numquam desinit.'

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.3.5 (M. Pohlenz ed., p.318).

11. Sed quia, nec qui propter metum praesidium reliquit, quod est ignaviae, nec qui propter avaritiam clam depositum non reddidit, quod est iniustitiae, nec qui propter temeritatem male rem gessit, quod est stultitiae, frugi appellari solet, eo tris virtutes, fortitudinem iustitiam prudentiam, frugalitas complexa est (etsi hoc quidem commune est virtutum; omnes enim inter se nexae et iugatae sunt): reliqua igitur et quarta virtus sit ipsa frugalitas.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.8.17 (M. Pohlenz ed., p.325).

12. Quanto Stoici melius, qui a vobis reprehenduntur: censent autem sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos; nihil est enim virtute amabilius, quam qui adeptus erit ubicumque erit gentium a nobis diligetur.

Cicero, *De natura deorum*, 1.121 (W. Ax ed., p.47).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 4: De felicitate et beatitudine et summo bono (fol.17rb):

Tullius de fine bonorum et malorum libro 2. **Omnis summa philosophie ad beate viuendum refertur.**<sup>1</sup> **Sapiens semper beatus est.**<sup>2</sup> Libro 3. **Illud solum beatum est quod honestum est: id quod est beate viuere id est cum virtute viuere.**<sup>3</sup> Libro 5. et finali. **Consequens est beatam vitam virtute esse contentam. Beata vita virtute conficitur.**<sup>4</sup> **Uirtus ad beate viuendum seipsa contenta est.**<sup>5</sup>

1. Quoniam igitur omnis summa philosophiae ad beate viuendum refertur, idque unum expetentes homines se ad hoc studium contulerunt, beate autem vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis, item contra miseriam omnem in dolore, id primum videamus, beate vivere vestrum quale sit.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 2.27.86 (T. Schiche, p.71).

2. Ex quo effici putat ille, quod quaerimus, ut sapiens semper beatus sit.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.38.110 (M. Pohlenz ed., p.453).

3. Ex quo intellegitur idem illud, solum bonum esse, quod honestum sit, idque esse beate vivere: honeste, id est cum virtute, vivere.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 3.8.29 (T. Schiche, p.99).

4. Cui satis esset respondere se ante docuisse nihil bonum esse nisi quod honestum esset, hoc probato consequens esse beatam vitam virtute esse contentam, et quo modo hoc sit consequens illi, sic illud huic, ut, si beata vita virtute contenta sit, nisi honestum quod sit, nihil aliud sit bonum.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.7.18 (M. Pohlenz ed., p.413).

5. Quia, cum a Zenone, inquam, hoc magnifice tamquam ex oraculo editur: 'Virtus ad beate viuendum se ipsa contenta est,' <et> Quare?

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 5.27.79 (T. Schiche, p.195).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 5: De tranquilli et bona vita et non bona (fol.18ra):

Tullius de senectute. **Conscientia bene acte vite multorumque beneficiorum recordatio iocundissima est.**<sup>1</sup> Idem tusculanarum questionum libro 2. **Qui mortem non timet magnum is presidium sibi ad beatam vitam comparat.**<sup>2</sup> Libro 5. et finali. **Quid deest ad beate viuendum ei qui confidit suis bonis: aut qui diffidit beatus esse quis potest?**<sup>3</sup> **Nec virtutes sine beata vita coere possunt nec illa sine virtutibus.**<sup>4</sup>

1. Aptissima omnino sunt Scipio et Laeli arma senectutis artes exercitationesque virtutum, quae in omni aetate cultae, cum diu multumque vixeris, mirificos efferunt fructus, non solum quia numquam deserunt ne extremo quidem tempore aetatis (quamquam id quidem maximum est), verum etiam quia conscientia bene actae vitae multorumque bene factorum recordatio iocundissima est.

Cicero, *Cato maior de senectute*, 9 (K. Simbeck ed., p.6).

2. Nam qui id quod vitari non potest metuit, is vivere animo quieto nullo modo potest; sed qui non modo quia necesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors quod sit horrendum, mortem non timet, magnum is sibi praesidium ad beatam vitam comparavit.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.1.2 (M. Pohlenz ed., p.180).

3. Quid enim deest ad beate vivendum ei, qui confidit suis bonis? aut, qui diffidit, beatus esse qui potest?

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.13.40 (M. Pohlenz ed., p.422).

4. Quod tamen fieri nullo pacto potest; nec enim virtutes sine beata vita cohaerere possunt nec illa sine virtutibus.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.28.80 (M. Pohlenz ed., p.441).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 1: De naturalitate et consideratione morali (fol.19ra):

Tullius de diuinatione libro 2. et finali. **Quis non videt et sonos et mores et plerosque status ac motus effingere a parentibus liberos: quod non contingeret si haec non vis et natura gignentium efficeret: sed temperantia lune celiq̄ moderatio.**

Quis enim non videt et formas et mores et plerosque status ac motus effingere a parentibus liberos? Quod non contingeret, si haec non vis et natura gignentium efficeret, sed temperatio lunae caelique moderatio.

Cicero, *De diuinatione*, 2.94 (R. Giomini ed., p.122).



Pars 1, Liber 3, Rubrica 4: De naturalitate animi circa se et alium (fol.20ra):

Tullius de fine bonorum et malorum libro 5. et finali. **Omne animal seipsum diligit.**<sup>1</sup> Idem tusculanarum questionum libro i. **Non valet tantum animus vt seipsum videat: at vt oculus sic animus se non videns alia cernit.**<sup>2</sup> Libro 3. **Proprium stultitiae est aliorum vitia cernere: obliuisci suorum.**<sup>3</sup>

1. Omne animal se ipsum diligit ac, simul et ortum est, id agit, se ut conservet, quod hic ei primus ad omnem vitam tuendam appetitus a natura datur, se ut conservet atque ita sit affectum, ut optime secundum naturam affectum esse possit.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 5.9.24 (T. Schiche, p.166).

2. Non valet tantum animus, ut se ipse videat, at ut oculus, sic animus se non videns alia cernit.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.27.67 (M. Pohlenz ed., p.251).

3. Est enim proprium stultitiae aliorum vitia cernere, obliuisci suorum.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.30.73 (M. Pohlenz ed., p.354).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 6: De naturali errore circa se et alium (fol.20va):

Tullius tusculanarum questionum libro i. **Non valet tantum animus vt seipsum videat. at vt oculus sic animus se non videns alia cernit.**<sup>1</sup> **Mentis acies seipsam intuens nonnunquam ebescit.**<sup>2</sup> Libro 3. **Proprium stultitiae aliorum vitia cernere obliuisci suorum.**<sup>3</sup>

1. Non valet tantum animus, ut se ipse videat, at ut oculus, sic animus se non videns alia cernit.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.27.67 (M. Pohlenz ed., p.251).

2. Nec vero de hoc quisquam dubitare posset, nisi idem nobis accideret diligenter de animo cogitantibus, quod is saepe usu venit, qui [cum] acriter oculis deficientem solem intuerentur, ut aspectum omnino amitterent; sic mentis acies se ipsa intuens non nunquam ebescit, ob eam que causam contemplandi diligentiam amittimus.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.30.73 (M. Pohlenz ed., p.254).

3. Est enim proprium stultitiae aliorum vitia cernere, obliuisci suorum.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.30.73 (M. Pohlenz ed., p.354).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 7: De diuersitate moralitatum et naturalitatum diuersorum hominum (fol.20vb):

Tullius de natura deorum libro i. **Similimis formis dispares formes et moribus figura dissimilis.**<sup>1</sup> Idem de fato. **In naturis hominum dissimilitudines sunt.**<sup>2</sup>

1. De bestiis loquor; quid inter ipsos homines nonne et simillimis formis dispares mores et moribus <paribus> figura dissimilis?

Cicero, *De natura deorum*, 1.98 (W. Ax ed., p.38).

2. At enim, quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt, ut alios dulcia, alios subamara delectent, alii libidinosi, alii iracundi aut crudeles aut superbi sint, alii <a> talibus vitiis abhorreant: quoniam igitur, inquit, tantum natura a natura distat, quid mirum est has dissimilitudines ex differentibus causis esse factas.

Cicero, *De fato*, 8 (R. Giomini ed., p.153).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 8: De defectu naturali humane mortalitatis et naturalitatis (fol.21rb):

Tullius philippicorum libro 11. **Cuiusuis hominis est errare. Nullius nisi insipientis in errore perseuerare.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo i. **Nihil simplici in genere hominibus expertibus perfectum natura expoluit.**<sup>2</sup>

1. Cuiusuis hominis est errare, nullius nisi insipientis perseuerare in errore.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 12.5 (P. Fedeli ed., p.146).

2. Neque enim putavit omnia, quae quaereret ad venustatem, uno se in corpore reperire posse ideo, quod nihil simplici in genere omnibus ex partibus perfectum natura expolivit.

Cicero, *De inuentione*, 2.1.3 (E. Stroebel ed., p.77).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 9: De salute corporis consideratione morali (fol.21va):

Tullius rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 11. **Incolumitas est salutis: tuta atque integra conseruatio.**

Incolumitas est salutis rata atque integra conservatio; potentia est ad sua conservanda et alterius adtenuanda idonearum rerum facultas.

Cicero, *De inuentione*, 2.56.169 (E. Stroebel ed., p.151).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 11: De possibilitate et impossibilitate (fol.21vb):

Tullius philippicorum libro 6. **Nolite velle quod fieri non potest.**<sup>1</sup> Libro 10. **Duas res magnas praesertim non modo agere vno tempore: sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest.**<sup>2</sup>

1. Nolite igitur id uelle quod fieri non potest, et caete, per deos immortalis! patres conscripti, ne spe praesentis pacis perpetuam pacem amittatis.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 7.25 (P. Fedeli ed., p.106).

2. Facis tu id quidem et eo maxime incumbis, intellego; duas tamen res, magnas praesertim, non modo agere uno tempore sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 11.23 (P. Fedeli ed., p.139).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 12: De facilitate et difficultate (fol.22ra-rb).

Tullius rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 12. **Facile fieri id dicimus quod sine magno aut sine vilo labore sumptu molestia quam breuissimo tempore confici potest: difficile autem fieri quod quamquam laboris sumptus molestie longitudinis indiget: atque omnes: aut plurimas aut maximas causas habet difficultatis: tamen his susceptis difficultatibus compleri atque ad exitum perduci potest.**<sup>1</sup> Idem de oratore libro 3. et finali. **Facilius est apta dissoluere quam dissipata connectere.**<sup>2</sup> Idem super timeum platonis de essentia mundi: **Difficillimum est in omni conquisitione rationis exordium.**<sup>3</sup>

1. Facile id dicemus, quod sine magno aut sine ullo labore, sumptu, molestia quam breuissimo tempore confici potest; posse autem fieri, quod, quamquam laboris, sumptus, molestiae, longinquitatis indiget atque [aut] omnes aut plurimas aut maximas causas habet difficultatis, tamen his susceptis difficultatibus confieri atque ad exitum perduci potest.

Cicero, *De inuentione*, 2.56.169 (E. Stroebel ed., p.151).

2. Atque ut plane genus hoc quod ego laudo contempsisse videantur, aut scribant aliquid vel Isocrateo more vel quo Aeschines aut Demosthenes utitur: tum illos existimabo non desperatione reformidavisse genus hoc sed iudicio refugisse; aut reperiam ipse eadem condicione qui uti velit, ut aut dicat aut scribat ultra voles lingua eo genere quo illi volunt; facilius est enim apta dissolvere quam dissipata conectere.

Cicero, *Orator*, 235 (P. Reis ed., p.90).

3. Difficillimum autem est in omni conquisitione rationis exordium; de iis igitur, quae diximus, haec sit prima distinctio.

*Plato secundum translationem quam fecit Cicero*, 7 (R. Giomini ed., p.180).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 13: De consuetudine (fol.22va):

Tullius tusculanarum questionum libro i. **Qui in compedibus corporis semper fuerunt: etiam cum soluti sunt: tardi ingrediuntur.**<sup>1</sup> Libro 2. **Consuetudo laborum: perpressionem dolorum efficit faciliorem.**<sup>2</sup> **Ferre laborem: contemnere vulnus consuetudo docet.**<sup>3</sup> **Consuetudinis magna vis est.**<sup>4</sup>

1. Nam qui in compedibus corporis semper fuerunt, etiam cum soluti sunt, tardius ingrediuntur, ut i qui ferro vincti multos annos fuerunt.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.31.75 (M. Pohlenz ed., p.256).

2. Est inter haec quaedam tamen similitudo: consuetudo enim laborum perpressionem dolorum efficit faciliorem.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.15.35 (M. Pohlenz ed., p.298).

3. Aetas tironum plerumque melior, sed ferre laborem, contemnere vulnus consuetudo docet.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.16.38 (M. Pohlenz ed., p.299).

4. Consuetudinis magna vis est: pernoctant venatores in nive in montibus; uri se patiuntur Indi; pugiles caestibus contusi ne ingemescunt quidem.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.17.40 (M. Pohlenz ed., p.301).



Pars 1, Liber 3, Rubrica 15: De raris naturaliter (fol.23ra):

Tullius de fine bonorum et malorum libro 2. **In omni arte vel studio vel quavis scientia vel in ipsa virtute optimum quidque rarissimum est.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis veteris: libro 2. capitulo 5. **Que rara et ardua sunt ea experimendo pulchra et iocunda hominibus videntur.**<sup>2</sup> Idem de amicitia: **Uere amicicie difficile reperiuntur in his qui honoribus reipublice versantur.**<sup>3</sup>

1. In omni enim arte vel studio vel quavis scientia vel in ipsa virtute optimum quidque rarissimum est.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 2.25.81 (T. Schiche, p.69).

2. Atque hic eius, qui contra aliquem praemium postulantem dicet, locus erit communis: praemia virtutis et officii sancta et casta esse oportere neque ea aut cum improbis communicari aut in mediocribus hominibus pervulgari; et alter: minus homines virtutis cupidos fore virtutis praemio pervulgato; quae enim rara et ardua sint, ea experiendo pulchra et iocunda hominibus videri; et tertius: si existant, qui apud maiores nostros ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt, nonne de sua gloria, cum pari praemio tales homines affici videant, delibari putent.

Cicero, *De inuentione*, 2.39.114 (E. Stroebel ed., p.127).

3. Itaque verae amicitiae difficillime reperiuntur in iis qui in honoribus reque publica versantur; ubi enim istum invenias qui honorem amici anteponat suo?

Cicero, *De amicitia*, 64 (K. Simbeck ed., p.70).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 18: De senum moralitate et naturalitate (fol.24ra):

Tullius tusculanarum questionum libro i. **Prudentiam vt cetera auferat certe senectus.**

Nam, reor, nullis, si vita longior daretur, posset esse iucundior; nihil enim est profecto homini prudentia dulcius, quam, ut cetera auferat, adfert certe senectus.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.39.94 (M. Pohlenz ed., p.265).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 1: De iustitia equitate et iniquitate (fol.24vb):

Tullius rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 9. **Iustitia est habitus animi communi vtilitate conseruata: suam cuique tribuens dignitatem. Initium iustitie est a natura profectum: deinde quedam in consuetudinem ex vtilitatis ratione venerunt. Postea res et a natura profectas et a consuetudine probatas legum metus et religio sancit.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis noue libro 3. capitulo 2. **Iustitia est equitas ius vnicuique retribuens pro dignitate cuiusque.**<sup>2</sup>

1. Iustitia est habitus animi communi utilitate conservata suam cuique tribuens dignitatem. Eius initium est ab natura profectum; deinde quaedam in consuetudinem ex utilitatis ratione venerunt; postea res et ab natura profectas et ab consuetudine probatas legum metus et religio sanxit.

Cicero, *De inuentione*, 2.53.160 (E. Stroebel ed., p.148).

2. Iustitia est aequitas ius unicuique re tribuens pro dignitate cuiusque.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 3.2.3 (F. Marx ed., p.74).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 3: De conscientia benignitatis et malignitatis (fol.26rb):

Tullius de senectute: **Conscientia bene acte vite multorumque beneficiorum recordatio iocundissima est.**<sup>1</sup> Idem tusculanarum questionum libro 2. **Nullum theatrum virtute et conscientia maius est.**<sup>2</sup>

1. Aptissima omnino sunt Scipio et Laeli arma senectutis artes exercitationesque virtutum, quae in omni aetate cultae, cum diu multumque vixeris, mirificos efferunt fructus, non solum quia numquam deserunt ne extremo quidem tempore aetatis (quamquam id quidem maximum est), verum etiam quia conscientia bene actae vitae multorumque bene factorum recordatio iocundissima est.

Cicero, *Cato maior de senectute*, 9 (K. Simbeck ed., p.6).

2. Quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quae sine venditione et sine populo teste fiunt, non quo fugiendus sit – omnia enim bene facta in luce se conlocari volunt –, sed tamen nullum theatrum virtuti conscientia maius est.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.26.64 (M. Pohlenz ed., p.313).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 4: De innocentia (fol.26va):

Tullius tusculanarum questionum libro 3. **Innocentia est affectio talis animi que noceat nemini.**

Nam est innocentia adfectio talis animi quae noceat nemini – reliquas etiam virtutes frugalitas continet.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.8.16 (M. Pohlenz ed., p.325).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 5: De iniuria seu contumelia et offensione (fol.27rb):

Tullius tusculanarum questionum libro 5. et finali. **Accipere quam facere praestat iniuriam.**

Nam cum accipere quam facere praestat iniuriam, tum morti iam ipsi adventanti paulum procedere ob viam, quod fecit Catulus, quam quod Marius, talis viri interitu sex suos obruere consulatus et contaminare extremum tempus aetatis.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.19.56 (M. Pohlenz ed., p.429).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 7: De voluntario et inuoluntario (fol.28ra):

Tullius rethoricorum artis noue libro 2. capitulo 7. **Uoluntario facinori nulla est excusatio: imprudentie et iusta deprecatio parata est.**<sup>1</sup> Idem philippicorum libro 6. **Nolite uelle quod fieri non potest.**<sup>2</sup>

1. Sextus est locus, quom ostendimus et consulto factum, et dicimus uoluntario facinori nullam <esse> excusationem, imprudentiae [et] iustam deprecationem paratam.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 2.30.49 (F. Marx ed., p.69).

2. Nolite igitur id uelle quod fieri non potest, et caete, per deos immortalis! patres conscripti, ne spe praesentis pacis perpetuam pacem amittatis.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 7.25 (P. Fedeli ed., p.106).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 11: De necessitate (fol.28vb):

Tullius rethoricorum artis veteris libro i. capitulo 12. **His qui necessario profuerunt haberi gratiam non oportet.**

In contrariis, hoc modo: 'Nam si iis, qui imprudentes laeserunt, ignosci convenit, iis, qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet.'

Cicero, *De inuentione*, 1.30.46 (E. Stroebel ed., p.39).



Pars 2, Liber 1, Rubrica 13: De culpa et excusatione (fol.29rb):

Tullius rethoricorum artis veteris libro i. capitulo 12. **His qui imprudentes leserunt ignosci conuenit.**<sup>1</sup> Libro 2. capitulo 5. **Nihil est indignius quam eum qui culpa caret supplicio non carere.**<sup>2</sup> Idem rethoricorum artis noue libro 2. capitulo 7. **Uoluntario facinori nulla est excusatio: imprudentie et iniusta deprecatio parata est.**<sup>3</sup> Idem inuectiua in salustium. **Non procacitate lingue sordes eluuntur.**<sup>4</sup>

1. In contrariis, hoc modo: ‘Nam si iis, qui imprudentes laeserunt, ignosci conuenit, iis, qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet.’

Cicero, *De inuentione*, 1.30.46 (E. Stroebel ed., p.39).

2. Deinde nihil esse indignius quam eum, qui culpa careat, supplicio non carere.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.33.101 (M. Pohlenz ed., p.121).

3. Sextus est locus, quom ostendimus et consulto factum, et dicimus uoluntario facinori nullam <esse> excusationem, imprudentiae [et] iustam deprecationem paratam.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 2.30.49 (F. Marx ed., p.69).

4. Non enim procacitate linguae vitae sordes eluuntur sed est quaedam calumnia quam unus quisque nostrum testante animo suo fert de eo qui falsum crimen bonis obiectat.

Pseudo-Cicero, *Inuectiua in C. Sallustium Crispum*, 1.3 (A. Kurfess ed., p.10).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 1: De veritate et falsitate et mendacio (fol.31ra):

Tullius rethoricorum artis veteris: libro 2. capitulo 9. **Ueritas est virtus: per quam immutata ea que sunt aut fuerit: aut futura sunt dicuntur.**

Religio est, quae superioris cuiusdam naturae, quam divinam vocant, curam caerimoniamque affert; pietas, per quam sanguine coniunctis patriaeque benivolum officium et diligens tribuitur cultus; gratia, in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria et remunerandi voluntas continetur; vindicatio, per quam vis aut iniuria et omnino omne, quod obfuturum est, defendendo aut ulciscendo propulsatur; observantia, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore dignantur; veritas, per quam inmutata ea, quae sunt [ante] aut fuerunt aut futura sunt, dicuntur.

Cicero, *De inuentione*, 2.53.161 (E. Stroebel ed., p.148).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.31va):

Tullius de officiis: libro i. capitulo 10. **Fundamentum iustitiae est fides id est dictorum conuentorumque constantia et veritas.**<sup>1</sup> 13. **Nec promissa seruanda sunt ea que sunt: his quibus promiseris inutilia: nec si plus tibi ei noceant quam illi prosint cui quid promiseris.**<sup>2</sup> Libro 2. capitulo 39. **Nulla res uehementius rem publicam continet quam fides.**<sup>3</sup> Libro 3. capitulo 22. **Quod ita iuratum est ut mens conciperet id fieri oportere: id seruandum est: quod aliter: id si non fecerit: nullum periurium est.**<sup>4</sup> Idem de amicitia. **In uita tyrannorum nulla fides.**<sup>5</sup> Idem rethoricorum artis ueteris libro i. capitulo 12. **Animus sine fide stabilis amicis esse non potest.**<sup>6</sup> **Qui sepe numero nos fefellerunt per fidem: eorum orationi fidem habere non debemus.**<sup>7</sup>

1. Fundamentum autem est iustitiae fides id est dictorum conuentorumque constantia et ueritas.

Cicero, *De officiis*, 1.7.23 (C. Atzert ed., p.9).

2. Nec promissa igitur seruanda sunt ea quae sint is quibus promiseris inutilia nec si plus tibi ea noceant quam illi prosint cui promiseris contra officium est maius anteponi minori ut si constitueris cuiquam te aduocatum in rem praesentem esse uenturum atque interim grauiter aegrotare filius coeperit non sit contra officium non facere quod dixeris magis que ille cui promissum sit ab officio discedat si se destitutum queratur.

Cicero, *De officiis*, 1.10.32 (C. Atzert ed., p.12).

3. Nec enim ulla res uehementius rem publicam continet quam fides quae esse nulla potest nisi erit necessaria solutio rerum creditarum.

Cicero, *De officiis*, 2.24.84 (C. Atzert ed., p.83).

4. Quod enim ita iuratum est ut mens conciperet fieri oportere id seruandum est quod aliter id si non fecerit nullum est periurium.

Cicero, *De officiis*, 3.29.107 (C. Atzert ed., p.118).

5. Haec enim est tyrannorum uita nimirum, in qua nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis benivolentiae potest esse fiducia, omnia semper suspecta atque sollicita, nullus locus amicitiae.

Cicero, *De amicitia*, 52 (K. Simbeck ed., p.66).

6. Ex pari, sic: 'Nam ut locus sine portu navibus esse non potest tutus, sic animus sine fide stabilis amicis non potest esse.'

Cicero, *De inuentione*, 1.30.47 (E. Stroebel ed., p.39).

7. Assumptionis autem approbatione praeterita quadripartita sic fiet argumentatio: 'Qui saepenumero nos per fidem fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus....'

Cicero, *De inuentione*, 1.39.71 (E. Stroebel ed., p.53).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 4: De adulatione blandimento et assentione (fol.32va):

Tullius rethoricorum artis noue libro 5. capitulo 6. **Habet assentatio iocunda principia: eadem exitus amarissimos affert.**

Contentio est, cum ex contrariis rebus oratio conficitur, hoc pacto: 'Habet assentatio iocunda principia, eadem exitus amarissimos affert.'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.15.21 (F. Marx ed., p.128).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 5: De simulatione et dissimulatione (fol.33ra):

Tullius de officiis: libro 2. capitulo 17. **Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt: nec simulatum quicquam potest esse diuturnum.**

Vera gloria radices agit atque etiam propagatur ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt nec simulatum potest quicquam esse diuturnum.

Cicero, *De officiis*, 2.12.43 (C. Atzert ed., p.69).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 7: De versutia dolo malo seu malitia fraude et deceptione (fol.34ra):

Tullius de officiis capitulo 18. **Totius iniustitiae nulla capitalior est quam eorum qui cum maxime fallunt: id agunt ut viri boni esse videantur.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis veteris libro i. capitulo 12. **Primo quidem decipi incommodum est: iterum stultum: tertio turpe.**<sup>2</sup> Idem de natura deorum libro 3. et finali. **Uersutos eos appello quorum celeriter mens versatur: calidos autem quorum tanquam manus opere sic animus usu concalluit.**<sup>3</sup> **Malitia est versuta et fallax ratio nocendi.**<sup>4</sup>

1. Totius autem iniustitiae nulla capitalior quam eorum qui tum cum maxime fallunt id agunt ut uiri boni esse uideantur.

Cicero, *De officiis*, 1.13.41 (C. Atzert ed., p.15).

2. Ac primo quidem decipi incommodum est; iterum, stultum; tertio, turpe.

Cicero, *De inuentione*, 1.39.71 (E. Stroebel ed., p.53).

3. Et Chrysippus tibi acute dicere videbatur, homo sine dubio versutus et callidus (versutos eos appello quorum celeriter mens versatur, calidos autem quorum tanquam manus opere sic animus usu concalluit); is igitur ‘Si aliquid est’ inquit ‘quod homo efficere non possit, qui id efficit melior est homine; homo autem haec quae in mundo sunt efficere non potest; qui potuit igitur is praestat homini; homini autem praestare quis possit nisi deus; est igitur deus.’

Cicero, *De natura deorum*, 3.25 (W. Ax ed., p.127).

4. Si enim rationem hominibus di dederunt, malitiam dederunt; est enim malitia versuta et fallax ratio nocendi; idem etiam di fraudem dederunt facinus ceteraque quorum nihil nec suscipi sine ratione nec effici potest.

Cicero, *De natura deorum*, 3.75 (W. Ax ed., p.152).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 12: De clandestinatione et patulitate (fol.35vb):

Tullius tusculanarum questionum libro 2. **Omnia benefacta: in luce se collocare volunt.**

Quin etiam mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quae sine venditione et sine populo teste fiunt, non quo fugiendus sit – omnia enim bene facta in luce se conlocari volunt –, sed tamen nullum theatrum virtuti conscientia maius est.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.26.64 (M. Pohlenz ed., p.313).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 1: De amore et dilectione (fol.36rb-va):

Tullius de officiis: libro 2. capitulo 7. **Omniū rerum nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas quam diligere: nec alienius quam timeri.**<sup>1</sup> 11. capitulo. **Uehementer multitudinis amor commouetur ipsa fama et opinione liberalitatis beniuolentia iustitiae fidei omniumque earum virtutum que pertinent ad mansuetudinem morum ac felicitatem.**<sup>2</sup> Idem de amicitia: **Nihil est virtute amabilius. Nihil quod magis alliceat ad diligendum. Quippe cum virtute et probitate: etiam eos quos nunquam vidimus quoddammodo diligamus.**<sup>3</sup> **Confirmatur amor ex beneficio accepto et studio perspecto: et consuetudine adiuncta.**<sup>4</sup> Idem de fine bonorum et malorum libro 5. et finali. **Omne animal seipsum diligit.**<sup>5</sup> Idem de legibus libro i. **Natura propensi sumus ad diligendos homines quod fundamentum iuris est.**<sup>6</sup> Idem de natura deorum libro i. **Causarum ipsum verbum est amoris.**<sup>7</sup>

1. Omniū autem rerum nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas quam diligere nec alienius quam timeri.

Cicero, *De officiis*, 2.7.23 (C. Atzert ed., p.62).

2. Ac primum de illis tribus quae ante dixi beneuolentiae praecepta uideamus quae quidem capitur beneficiis maxime secundo autem loco uoluntate benefica beniuolentia mouetur etiamsi res forte non suppetit uehementer autem amor multitudinis commouetur ipsa fama et opinione liberalitatis beneficentiae iustitiae fidei omniumque earum uirtutum quae pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem.

Cicero, *De officiis*, 2.9.32 (C. Atzert ed., p.65).

3. Nihil est enim virtute amabilius, nihil quod magis adliciat ad diligendum quippe cum propter virtutem et probitatem etiam eos quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus.

Cicero, *De amicitia*, 28 (K. Simbeck ed., p.57).

4. Quamquam confirmatur amor et beneficio accepto et studio perspecto et consuetudine adiuncta, quibus rebus ad illum primum motum animi et amoris adhibitis admirabilis quaedam exardescit beniuolentiae magnitudo.

Cicero, *De amicitia*, 29 (K. Simbeck ed., p.58).

5. Omne animal se ipsum diligit ac, simul et ortum est, id agit, se ut conservet, quod hic ei primum ad omnem vitam tuendam appetitus a natura datur, se ut conservet atque ita sit affectum, ut optime secundum naturam affectum esse possit.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 5.9.24 (T. Schiche, p.166).

6. Nam haec nascuntur ex eo, quia natura propensi sumus ad diligendos homines, quod fundamentum iuris est.

Cicero, *De legibus*, 1.43 (C.F.W. Müller ed., p.396).

7. Carum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiae nomen est ductum; quam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda quem diligemus, non erit ista amicitia sed mercatura quaedam utilitatum suarum.

Cicero, *De natura deorum*, 1.122 (W. Ax ed., p.47).



Pars 2, Liber 3, Rubrica 2: De pietate (fol.36vb):

Tullius rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 9. **Pietas est per quam sanguine coniunctis patriaeque beniuolis officium et diligens tribuitur cultus.**

Religio est, quae superioris cuiusdam naturae, quam divinam vocant, curam caerimoniamque affert; pietas, per quam sanguine coniunctis patriaeque benivolum officium et diligens tribuitur cultus; gratia, in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria et remunerandi voluntas continetur; vindicatio, per quam vis aut iniuria et omnino omne, quod obfuturum est, defendendo aut ulciscendo propulsatur; observantia, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore dignantur; veritas, per quam inmutata ea, quae sunt [ante] aut fuerunt aut futura sunt, dicuntur.

Cicero, *De inuentione*, 2.53.161 (E. Stroebel ed., p.148).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 7: De conuersatione conspectu societate et sollicitudine (fol.39ra):

Tullius de officiis libro i. capitulo 27. **Omniū societatum nulla prestantior est: nulla firmior quam cum uiri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis veteris libro i. capitulo 12. **Omnibus in rebus similitudo est societatis mater.**<sup>2</sup> Idem in oratione pro rege deiotaro: **Familiaritatem consuetudo attulit.**<sup>3</sup>

1. Sed omniū societatum nulla praestantior est nulla firmior quam cum uiri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti.

Cicero, *De officiis*, 1.17.55 (C. Atzert ed., p.19).

2. Variare autem orationem magnopere oportebit; nam omnibus in rebus similitudo mater est societatis.

Cicero, *De inuentione*, 1.41.76 (E. Stroebel ed., p.55).

3. Laboro equidem regis Deiotari causa, quo cum mihi amicitiam res publica conciliavit, hospitium uoluntas utriusque coniunxit, familiaritatem consuetudo attulit, summam uero necessitudinem magna eius officia in me et in exercitum meum effecerunt.

Cicero, *Pro rege Deiotaro oratio*, 38-39 (A. Klotz ed., p.118).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 8: De amicitia vera et amicis veris (fol.40ra-rb):

Tullius rethoricorum artis vetere libro 2. capitulo 10. **Amicitia est voluntas erga aliqua rerum bonarum illius ipsius causa quem diligit.**<sup>1</sup> Idem de amicitia: **Ego vos hortari tantum possum vt amicitiam omnibus humanis anteponatis. Nihil est enim tam nature aptum: tam conueniens ad res vel secundas vel aduersas. Hoc sentio nisi in bonis amicitiam esse non posse.**<sup>2</sup> **Amicitia nihil aliud est: nisi omnium diuinarum humanarumque rerum cum beniuolentia et charitate summa consentio. Uirtus amicitiam et gignit et continet: nec sine virtute amicitia esse vlllo pacto potest.**<sup>3</sup> **Quid dulcius quam habere amicum cum quo omnia possis loqui vt tecum. Secundas res facit splendiores esse amicitia: et aduersas patiens communicansque leuiore.**<sup>4</sup> **Quanta vis amicitie concordieque sit: ex discessionibus atque discordiis percipi potest.**<sup>5</sup> **Nulla est excusatio peccati si amici causa peccaueris.**<sup>6</sup> **Hec lex in amicitia sancitur vt neque rogemus res turpes: neque faciamus rogati.**<sup>7</sup> **Uere amicitie difficile reperiuntur in his qui honoribus reipublice versantur.**<sup>8</sup> Idem de officiis libro 3. capitulo 9. **Neque contra rempublicam: neque contra iusiurandum ac fidem amici sui causa vir bonus faciet.**<sup>9</sup> Idem de fine bonorum et malorum libro i. **Epicurus quidam ita dicit: Omnium rerum quas ad beate viuendum sapientia comparuit: nihil est maius amicitia: nihil vberius: nihil iocundius.**<sup>10</sup> **Cum solitudo et vita sine amicis insidiarum plena sint: ratio ipsa mouet amicitias comparare.**<sup>11</sup> Idem de natura deorum libro i. **Hominum charitas et amicitia gratuita est.**<sup>12</sup>

1. Gloria est frequens de aliquo fama cum laude; dignitas est alicuius honesta et cultu et honore et verecundia digna auctoritas; amplitudo potentiae aut maiestatis aut aliquarum copiarum magna abundantia; amicitia voluntas erga aliquem rerum bonarum illius ipsius causa, quem diligit, cum eius pari voluntate.

Cicero, *De inuentione*, 2.55.166 (E. Stroebel ed., p.150).

2. Quam ob rem quae disputari de amicitia possunt, ab eis censeo petatis qui ista profitentur; ego vos hortari tantum possum ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis; nihil est enim tam naturae aptum, tam conueniens ad res vel secundas vel aduersas. Sed hoc primum sentio nisi in bonis amicitiam esse non posse; neque id ad vivum reseco ut illi qui haec subtilius disserunt, fortasse vere, sed ad communem utilitatem parum; negant enim quemquam esse virum bonum nisi sapientem.

Cicero, *De amicitia*, 17-18 (K. Simbeck ed., p.52).

3. Est enim amicitia nihil aliud nisi omnium diuinarum humanarumque rerum cum beniuolentia et caritate consensio; qua quidem haut scio an excepta sapientia nihil melius homini sit a dis immortalibus datum. Diuitias alii praeponunt, bonam alii valitudinem, alii potentiam, alii honores, multi etiam voluptates. Beluarum hoc quidem extremum, illa autem superiora caduca et incerta, posita non tam in consiliis nostris quam in fortunae temeritate. Qui autem in virtute summum bonum ponunt, praeclare illi quidem, sed haec ipsa virtus amicitiam et gignit et continet nec sine virtute amicitia esse ullo pacto potest.

Cicero, *De amicitia*, 20 (K. Simbeck ed., p.53).

4. Quid dulcius quam habere qui cum omnia audeas sic loqui ut tecum! Aduersas vero ferre difficile esset sine eo qui illas grauius etiam quam tu ferret. Denique ceterae res quae expetuntur, oportunae sunt singulae rebus fere singulis, diuitiae ut utare, opes ut colare, honores ut laudare, voluptates ut gaudeas, valitudo ut dolore careas et muneribus fungare corporis; amicitia res plurimas continet; quoquo te verteris, praesto est, nullo loco excluditur, numquam intempestiva, numquam molesta est; itaque non aqua, non igni ut aiunt locis pluribus utimur quam amicitia. Neque ego nunc de vulgari aut de mediocri, quae tamen ipsa et delectat et prodest, sed de vera et perfecta loquor, qualis eorum qui

pauci nominantur, fuit. Nam et secundas res splendiores facit amicitia et adversas partiens communicansque leviores.

Cicero, *De amicitia*, 22 (K. Simbeck ed., p.54).

5. Id si minus intellegitur, quanta vis amicitiae concordiaeque sit, ex dissensionibus atque ex discordiis percipi potest.

Cicero, *De amicitia*, 23 (K. Simbeck ed., p.55).

6. Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaveris; nam cum conciliatrix amicitiae virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si a virtute defeceris.

Cicero, *De amicitia*, 37 (K. Simbeck ed., p.61).

7. Haec igitur lex in amicitia sancitur ut neque rogemus res turpes nec faciamus rogati, turpis enim excusatio est et minime accipienda cum in ceteris peccatis tum si quis contra rem publicam se amici causa fecisse fateatur.

Cicero, *De amicitia*, 40 (K. Simbeck ed., p.62).

8. Itaque verae amicitiae difficillime reperiuntur in iis qui in honoribus reque publica versantur; ubi enim istum invenias qui honorem amici anteponat suo.

Cicero, *De amicitia*, 68 (K. Simbeck ed., p.70).

9. At neque contra rem publicam neque contra ius iurandum ac fidem amici causa uir bonus faciet ne si iudex quidem erit de ipso amico.

Cicero, *De officiis*, 3.10.43 (C. Atzert ed., p.98).

10. De qua Epicurus quidem ita dicit, omnium rerum, quas ad beate vivendum sapientia comparaverit, nihil esse maius amicitia, nihil uberius, nihil iucundius.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 1.20.65 (T. Schiche, p.28).

11. Nam cum solitudo et vita sine amicis insidiarum et metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare, quibus partis confirmatur animus et a spe pariendarum voluptatum seiungi non potest.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 1.20.66 (T. Schiche, p.29).

12. Prata et arva et pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex is capiuntur, hominum caritas et amicitia gratuita est; quanto igitur magis deorum, qui nulla re egentes et inter se diligunt et hominibus consulunt.

Cicero, *De natura deorum*, 1.122 (W. Ax ed., p.48).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 9: De amicis leuibus verbalibus fictis et non veris (fol.40vb-41ra):

Tullius de amicitia: **Utilitates quidem etiam ab his percipiuntur sepe qui simulatione amicitie coluntur et obseruantur temporis causa.<sup>1</sup> In vita tyrannorum nulla fides: nulla charitas nulla stabilitas beniuolentie potest esse fiducia. Omnia semper suspecta atque sollicitia: nullus locus amicitie. Quis enim eum aut diligit quem metuit: aut eum a quo se metui putetur: coluntur tamen simulatione amicitie dumtaxat ad tempus.<sup>2</sup>**

1. Nam utilitates quidem etiam ab iis percipiuntur saepe qui simulatione amicitiae coluntur et obseruantur temporis causa, in amicitia autem nihil fictum est, nihil simulatum et quidquid est, id est verum et voluntarium.

Cicero, *De amicitia*, 26-27 (K. Simbeck ed., p.57).

2. Haec enim est tyrannorum vita nimirum, in qua nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis benivolentiae potest esse fiducia, omnia semper suspecta atque sollicita, nullus locus amicitiae. Quis enim aut eum diligit quem metuat, aut eum a quo se metui putet? Coluntur tamen simulatione dumtaxat ad tempus.

Cicero, *De amicitia*, 52-53 (K. Simbeck ed., p.66).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 13: De confidentia amicorum (fol.41vb):

Tullius de amicitia: **Scipio negabat ullam vocem inimiciorum amicitiae posse reperiri quam eius qui dixisset ita amare oportere ut aliquando esset osurus: nec vero se adduci posse: ut hoc quemadmodum putaretur a Biante esse dictum crederet: qui sapiens habitus esset unus e septem: impuri cuiusdam aut ambitiosi aut omnia ad suam potentiam reuocantis esse sententiam: quoniam enim modo quisquam amicus esse poterit: eius cui se putabit inimicum esse posse.**

Alius igitur finis verae amicitiae constituendus est, si prius quid maxime reprehendere Scipio solitus sit, dixerit. Negabat ullam vocem inimiciorum amicitiae potuisse reperiri quam eius qui dixisset ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus; nec vero se adduci posse ut hoc, quem ad modum putaretur, a Biante esse dictum crederet, qui sapiens habitus esset unus e septem; impuri cuiusdam aut ambitiosi aut omnia ad suam potentiam reuocantis esse sententiam. Quoniam enim modo quisquam amicus esse poterit ei cui se putabit inimicum esse posse?

Cicero, *De amicitia*, 59 (K. Simbeck ed., p.68).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 14: De amicorum constantia et inconstantia (fol.42rb):

Tullius de officiis libro i. capitulo 22. **Beniuolentiam non adolescentulorum more ardore quodam amoris: sed stabilitate potius et constantia iudicamus.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis noue libro 5. capitulo 10. **Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt: hi simul ac fortuna delapsa est deoluant omnes.**<sup>2</sup> Libro 7. et finali capitulo 10. **Falsi amici sereno vite tempore presto sunt: simul atque hyemni fortune viderunt deolant omnes.**<sup>3</sup> Idem de fine bonorum et malorum libro 2. **Si vtilitas amicitiam constituet tollet eandem.**<sup>4</sup> Idem de amicitia: **In vita tyrannorum nulla fides: nulla charitas: nulla stabilitas beniuolentie potest esse fiducia: omnia semper suspecta atque sollicita: nullus locus amicitie. Quis enim eum aut diligit quem metuat aut eum a quo se metui putat. Coluntur tamen simulatione amicitie dumtaxat ad tempus.**<sup>5</sup>

1. De beneuolentia autem quam quisque habeat erga nos primum illud est in officio ut ei plurimum tribuamus a quo plurimum diligamur sed beneuolentiam non adolescentulorum more ardore quodam amoris sed stabilitate potius et constantia iudicemus.

Cicero, *De officiis*, 1.15.47 (C. Atzert ed., p.17).

2. Item: 'Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt, hi, simul ac fortuna dilapsa est, deolant omnes....'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.17.24 (F. Marx ed., p.132).

3. Id est huiusmodi: 'Ita ut irundines aestiuo tempore praesto sunt, frigore pulsae recedunt—' ex eadem similitudine nunc per translationem uerba sumimus: 'item falsi amici sereno uitae tempore praesto sunt; simul atque hiemem fortunae uiderunt, deolant omnes.'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.48.61 (F. Marx ed., p.178).

4. Manebit ergo amicitia tam diu, quam diu sequetur utilitas, et, si utilitas amicitiam constituet, tollet eadem.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 2.24.78 (T. Schiche, p.68).

5. Haec enim est tyrannorum vita nimirum, in qua nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis beniuolentiae potest esse fiducia, omnia semper suspecta atque sollicita, nullus locus amicitiae. Quis enim aut eum diligit quem metuat, aut eum a quo se metui putet? Coluntur tamen simulatione dumtaxat ad tempus.

Cicero, *De amicitia*, 52-53 (K. Simbeck ed., p.66).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 1: De odio (fol.42vb):

Tullius tusculanarum questionum libro 4. **Odium est ira inueterata.**

Quae autem libidini subiecta sunt, ea sic definiuntur, ut ira sit libido poeniendi eius qui videatur laesisse iniuria, excandescencia autem sit ira nascens et modo existens, quae θυμωσις Graece dicitur, odium ira inveterata, inimicitia ira ulciscendi tempus observans, discordia ira acerbior intimo animo et corde concepta, indigentia libido inexplebilis, desiderium libido eius, qui nondum adsit, videndi.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 4.9.21 (M. Pohlenz ed., p.371).



Pars 2, Liber 4, Rubrica 2: De inuidia zelo et nemessatione (fol.43rb):

Tullius de oratore libro 2. **Laudi atque glorie maxime inuideri solet.**<sup>1</sup> **Inuidet homines maxime paribus aut inferioribus inuidet sepe vehementer et eo magis si intolerantius se iactant: et equabilitatem communis iuris praestantia dignitatis aut fortune sue transeunt. Plerique sunt inuidi: maximeque hoc commune est vitium. Inuidetur praestanti florentique fortune: vt haec opinio minuatur: et illa excellens opinione fortuna cum laboribus et miseriis permixta videatur.**<sup>2</sup> Idem tusculanarum questionum libro 3. **Inuidencia egritudo est ex alterius rebus secundis.**<sup>3</sup> Idem philippicorum libro. 9. **Nemo alterius qui sue confidit virtuti inuidet.**<sup>4</sup> Idem de essentia mundi. **Probus nemini inuidet.**<sup>5</sup>

1. Videndumque hoc loco est, ne, quos ob benefacta diligere volumus, eorum laudem atque gloriam, cui maxime inuideri solet, nimis efferre videamur.

Cicero, *De oratore*, 2.208 (K. Kumaniecki ed., p.191).

2. Inuidet autem homines maxime paribus aut inferioribus, cum se relictos sentiunt, illos autem dolent evolasse; sed etiam superioribus inuidetur saepe vehementer et eo magis, si intolerantius se iactant et aequabilitatem communis iuris praestantia dignitatis aut fortunae suae transeunt. Quae si inflammanda sunt, maxime dicendum est non esse virtute parta, deinde etiam vitiis atque peccatis, tum, si erunt honestiora atque graviora, tamen non esse tanti ulla merita, quantam insolentiam hominis quantumque fastidium. Ad sedandum autem, magno illa labore, magnis periculis esse parta nec ad suum commodum sed ad aliorum esse conlata; eum que si quam gloriam peperisse videatur, tamenetsi ea non sit iniqua merces periculi, tamen ea non delectari totamque abicere atque deponere; omnino que perficiendum est, – quoniam plerique sunt inuidi maximeque hoc est commune vitium et pervagatum; inuidetur autem praestanti florentique fortunae, – ut haec opinio minuatur et illa excellens opinione fortuna cum laboribus et miseriis permixta esse videatur.

Cicero, *De oratore*, 2.209-210 (K. Kumaniecki ed., p.191).

3. Atqui, quem ad modum misericordia aegritudo est ex alterius rebus adversis, sic inuidencia aegritudo est ex alterius rebus secundis.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.10.21 (M. Pohlenz ed., p.327).

4. Declarasti enim uerum esse id quod ego semper sensi, neminem alterius qui suae confideret uirtuti inuidere.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 10.1 (P. Fedeli ed., p.123).

5. Probitate videlicet praestabat, probus autem inuidet nemini; itaque omnia sui similia generavit.

*Plato secundum translationem quam fecit Cicero*, 9 (R. Giomini ed., p.182).

Pars 2, Libro 4, Rubrica 4: De inimicitia et inimicis (fol.44ra):

Tullius tusculanarum questionum libro 4. **Inimicitia est ira vliscendi tempus obseruans.**<sup>1</sup>

Idem in inuectiua in salustium. **Plerumque res publica priuatis crescit inimicitii vbi nemo ciuis qualis sit potest labere.**<sup>2</sup>

1. Quae autem libidini subiecta sunt, ea sic definiuntur, ut ira sit libido poeniendi eius qui videatur laesisse iniuria, excandescencia autem sit ira nascens et modo existens, quae θύμωσις Graece dicitur, odium ira inveterata, inimicitia ira ulciscendi tempus observans, discordia ira acerbior intimo animo et corde concepta, indigentia libido inexplebilis, desiderium libido eius, qui nondum adsit, videndi.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 4,9.21 (M. Pohlenz ed., p.371).

2. Plerumque enim res publica privatis crescit inimicitii ubi nemo civis qualis sit vir potest latere.

Pseudo-Cicero, *Inuectiua in C. Sallustium Crispum*, 1.3 (A. Kurfess ed., p.10).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 5: De discordia (44rb):

Tullius de amicitia: **Que domus tam stabilis: que ciuitas tam firma est: que non odiis et discidiis funditus possit everti.**

Quae enim domus tam stabilis, quae tam firma ciuitas est quae non odiis et discidiis funditus possit everti?

Cicero, *De amicitia*, 23 (K. Simbeck ed., p.55).

Pars 2, Liber 4, Rubrica: 10: De seditionibus ciuium (fol.45va):

Tullius de officiis libro i. capitulo 19. **Qui parti ciuium consulunt partem negligunt rem perniciosissam: in ciuitate adducunt: seditionem atque discordiam.**<sup>1</sup> Idem philippicorum libro 7. **Forenses cause leges iudicia esse non possunt ciuili pace sublata.**<sup>2</sup> Libro 7. et penultimo. **Nec priuatos focos: nec publicas leges: nec libertatis iura videtur cara habere: quem discordie: quem cedet ciuium: quem bellum ciuile delectat: eumque ex numero hominum eiiciendum: et exterminis humane nature exterminandum puto. Nihil hoc ciue: nihil hoc homine deterius : non autem ciuis: aut homo habendus est qui ciuile bellum concupiscit.**<sup>3</sup>

1. Qui autem parti ciuium consulunt partem negligunt rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt seditionem atque discordiam ex quo euenit ut alii populares alii studiosi optimi cuiusque uideantur pauci uniuersorum.

Cicero, *De officiis*, 1.25.85 (C. Atzert ed., p.29).

2. Quem enim cursum industria mea tenere potuisset sine forensibus causis, sine legibus, sine iudiciis? Quae esse non possunt ciuili pace sublata.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 8.11 (P. Fedeli ed., p.110).

3. Nam nec priuatos focos nec publicas leges uidetur nec libertatis iura cara habere quem discordiae, quem caedes ciuium, quem bellum ciuile delectat, eum que ex numero hominum eiiciendum, ex finibus humanae naturae exterminandum puto. Itaque siue Sulla siue Marius siue uterque siue Octavius siue Cinna siue iterum Sulla siue alter Marius et Carbo siue qui alius ciuile bellum optauit, eum detestabilem ciuem rei publicae natum iudico. Nam quid ego de proximo dicam cuius acta defendimus, auctorem ipsum iure caesum fatemur? Nihil igitur hoc ciue, nihil hoc homine taetrius, si aut ciuis aut homo habendus est, qui ciuile bellum concupiscit.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 13.1-2 (P. Fedeli ed., pp.155-6).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 13: De pace et concordia (fol.46ra-rb):

Tullius de amicitia: **Quanta vis amicitie concordieque sit ex dissensionibus atque discordiis percipi potest.**<sup>1</sup> Idem philippicorum libro 2. **Nomen pacis dulce est: et ipsa res salutaris. Pax est tranquilla libertas.**<sup>2</sup> Libro 12. et penultimo. **Dulce est nomen pacis: res vero ipsa tum iocunda tum salutaris.**<sup>3</sup>

1. Id si minus intellegitur, quanta vis amicitiae concordiaeque sit, ex dissensionibus atque ex discordiis percipi potest.

Cicero, *De amicitia*, 23 (K. Simbeck ed., p.55).

2. Et nomen pacis dulce est et ipsa res salutaris; sed inter pacem et seruitutem plurimum interest. Pax est tranquilla libertas, seruitus postremum malorum omnium, non modo bello sed morte etiam repellendum.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 2.113 (P. Fedeli ed., p.54).

3. Dulce enim etiam nomen est pacis, res uero ipsa cum iocunda tum salutaris.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 13.1 (P. Fedeli ed., p.155).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 1: De petitionibus et rogationibus beneficiorum: et exauditionibus vel de negationibus (fol.46vb):

Tullius de amicitia: **Hec lex in amicitia sancitur: vt neque rogemus res turpes: neque faciamus rogati.**

Haec igitur lex in amicitia sancitur ut neque rogemus res turpes nec faciamus rogati,  
turpis enim excusatio est et minime accipienda cum in ceteris peccatis tum si quis contra rem publicam se amici causa fecisse fateatur.

Cicero, *De amicitia*, 40 (K. Simbeck ed., p.62).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 2: De beneficiis (fol.47va):

Tullius de officiis libro i. capitulo xxvi. **Quicquid sine detrimento commodari possit: id tribuatur cuique vel ignoto.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 5. **Est imprudens: qui pro beneficio non gratiarum verum mercedem postulat.**<sup>2</sup>

1. Una ex re satis praecipit ut quidquid sine detrimento commodari possit id tribuatur uel ignoto.

Cicero, *De officiis*, 1.16.51 (C. Atzert ed., p.19).

2. Loci communes: facultates augere, non minuere oportere; et, inpudentem esse, qui pro beneficio non gratiam, verum mercedem postulet; contra autem de pecunia ratiocinari sordidum esse, cum de gratia referenda deliberetur; et, se pretium non pro facto, sed honorem ita, ut factitatum sit, pro beneficio postulare.

Cicero, *De inuentione*, 2.39.115 (E. Stroebel ed., p.128).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 4: De celeri aut morosa prestatione muneris et beneficii (fol.49ra):

Tullius philipicorum libro 6. **Expectatio quod quantum afferat languoris animo quis non videt.**

Non sine causa legatorum istam missionem semper timui, numquam probavi: quorum reditus quid sit adlaturus ignoro; expectatio quidem quantum adferat languoris animis quis non uidet.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 7.1 (P. Fedeli ed., p.99).



Pars 2, Liber 5, Rubrica 6: De vtilitate oblationis munerum et beneficiorum (fol.49va):

Tullius de amicitia: **Confirmatur amor ex beneficio accepto.**

Quamquam confirmatur amor et beneficio accepto et studio perspecto et consuetudine adiuncta, quibus rebus ad illum primum motum animi et amoris adhibitis admirabilis quaedam exardescit benivolentiae magnitudo.

Cicero, *De amicitia*, 29 (K. Simbeck ed., p.58).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 9: De gratia et gratitudine et ingratitude (fol.50vb):

Tullius rethoricorum artis veteris libro i. capitulo 12. **His qui necessario non profuerunt haberi gratiam non oportet.**<sup>1</sup> Libro 2. capitulo 9. **Gratia est virtus in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria et remunerandi voluntas continetur.**<sup>2</sup> Idem philipicorum libro 3. **Cui gratia referri tanta non potest quanta debetur: habenda tamen tanta est quantam maximam animi nostri capere possunt.**<sup>3</sup>

1. In contrariis, hoc modo: 'Nam si iis, qui imprudentes laeserunt, ignosci convenit, iis, qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet.'

Cicero, *De inuentione*, 1.30.46 (E. Stroebel ed., p.39).

2. Religio est, quae superioris cuiusdam naturae, quam divinam vocant, curam caerimoniamque affert; pietas, per quam sanguine coniunctis patriaeque benivolum officium et diligens tribuitur cultus; gratia, in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria et remunerandi voluntas continetur; vindicatio, per quam vis aut iniuria et omnino omne, quod obfuturum est, defendendo aut ulciscendo propulsatur; observantia, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore dignantur; veritas, per quam inmutata ea, quae sunt [ante] aut fuerunt aut futura sunt, dicuntur.

Cicero, *De inuentione*, 2.53.161 (E. Stroebel ed., p.148).

3. Cui quamquam gratia referri tanta non potest quanta debetur, habenda tamen est tanta quantam maximam animi nostri capere possunt.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 3.4 (P. Fedeli ed., p.57).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 10: De mercede premio et retributione (fol.51va):

Tullius de officiis libro i. capitulo 29. **Uix inuenitur que laboribus susceptis periculisque aditis: non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.**

Facillime autem ad res iniustas impellitur ut quisque altissimo animo est gloriae cupiditate qui locus est sane lubricus quod uix inuenitur qui laboribus susceptis periculisque aditis non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

Cicero, *De officiis*, 1.19.65 (C. Atzert ed., p.23).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 1: De pollicia seu ciuilitate (fol.52vb-53ra):

Tullius philipicorum libro i. **Bene de re publica mereri laudari coli diligi gloriosum est. Metui vero et ob id odio esse inuidiosum detestabile imbecillum caducum.**<sup>1</sup> Libro 2. **Charitate et beniuolentia ciuium septum oportet esse: non armis.**<sup>2</sup> Libro 7. **In corpore si quid huius modi est quod reliquo corpori noceat: vri secarique patimur: vt membrorum aliquod potius quam totum corpus intreat. Sic in rei publice corpore vt totum saluum sit: quidquid est pestiferum amputetur.**<sup>3</sup> Libro 12. et penultimo. **Omnibus bonis expedit saluam esse rem publicam: sed in his qui fortunati sunt: magis apparet.**<sup>4</sup> Idem inuectiuarum in catilinam libro i. **Fuit quondam in hac re publica virtus: vt viri fortes acrioribus suppliciis ciuem perniciosum quam acerbissimum hostem cohercerent.**<sup>5</sup> Idem inuectiua in salustium. **Plerumque res publica priuatis crescit inimicitiis: vbi nemo ciuis qualis sit potest latere.**<sup>6</sup>

1. Carum esse ciuem, bene de re publica mereri, laudari, coli, diligi gloriosum est; metui uero et in odio esse inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 1.33 (P. Fedeli ed., p.12).

2. Sed nullum est istuc, mihi crede, praesidium: caritate te et beneuolentia ciuium saeptum oportet esse, non armis.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 2.112 (P. Fedeli ed., p.53).

3. In corpore si quid eius modi est quod reliquo corpori noceat, id uri secarique patimur ut membrum aliquod potius quam totum corpus intreat. Sic in rei publicae corpore, ut totum saluum sit, quicquid est pestiferum amputetur.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 8.15 (P. Fedeli ed., p.111).

4. Omnibus enim bonis expedit saluam esse rem publicam. Sed in eis qui fortunati sunt magis id apparet.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 13.16 (P. Fedeli ed., p.161).

5. Fuit, fuit ista quondam in hac re publica virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis ciuem perniciosum quam acerbissimum hostem cohercerent.

Cicero, *In Catilinam orationes*, 1.3 (P. Reis ed., p.1).

6. Plerumque enim res publica privatis crescit inimicitiis ubi nemo ciuis qualis sit vir potest latere.

Pseudo-Cicero, *Inuectiua in C. Sallustium Crispum*, 1.3 (A. Kurfess ed., p.10).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 2: De populo (fol.53va):

Tullius rethoricorum artis noue libro 7. et finali circa fine capituli 17. **Noli saturnine nimium populi frequentia tutus esse: multi iacent graci.**<sup>1</sup> Idem philippicorum libro 2. **Charitate et beniuolentia ciuium sceptrum oportet esse: non armis.**<sup>2</sup> Idem tusculanarum questionum libro 2. **Philosophia paucis est contenta iudicibus multitudinem consulto ipsa fugiens: eique ipsi et suspecta et inuisa est.**<sup>3</sup>

1. Per similitudinem, cum aliqua re simili allata nihil amplius dicimus, sed ex ea significamus, quid sentiamus, hoc modo: 'noli, Saturnine, nimium populi frequentia fretus esse: inulti iacent Gracci.'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.54.67 (F. Marx ed., p.188).

2. Sed nullum est istuc, mihi crede, praesidium: caritate te et beneuolentia ciuium saeptum oportet esse, non armis.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 2.112 (P. Fedeli ed., p.53).

3. Est enim philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consulto ipsa fugiens eique ipsi et suspecta et inuisa, ut, vel si quis universam velit vituperare, secundo id populo facere possit, vel si in eam quam nos maxime sequimur conetur invadere, magna habere possit auxilia e reliquorum philosophorum disciplinis.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.1.4 (M. Pohlenz ed., p.281).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 3: De principibus: ducibus et regibus (fol.54rb):

Tullius philippicorum libro 2. **Charitate et beniuolentia ciuium sceptrum oportet esse: non armis.**

Sed nullum est istuc, mihi crede, praesidium: caritate te et beneuolentia ciuium saeptum oportet esse, non armis.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 2.112 (P. Fedeli ed., p.53).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 5: De tyrannide et tyranno (fol.55vb):

Tullius de amicitia: **In vita tyrannorum nulla fides: nulla charitas: nulla stabilis benivolentiae potest esse fiducia: omnia semper suspecta atque sollicita: nullus locus amicitiae. Quis enim aut diligit quem metuit: aut eum a quo se metui putet: coluntur tamen simulatione amicitiae dumtaxat ad tempus.**

Haec enim est tyrannorum vita nimirum, in qua nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis benivolentiae potest esse fiducia, omnia semper suspecta atque sollicita, nullus locus amicitiae. Quis enim aut eum diligit quem metuat, aut eum a quo se metui putet?  
Coluntur tamen simulatione dumtaxat ad tempus.

Cicero, *De amicitia*, 52-53 (K. Simbeck ed., p.66).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 6: De iure lege et pacto (fol.56ra-rb):

Tullius rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 5. **Initium iuris a natura ductum videtur. Nature quidem ius est quod nobis non opinio: sed quedam innata vis afferat: vt religionem: pietatem: gratiam: vindicationem: obseruantiam: veritatem.**<sup>1</sup> **Consuetudinis ius esse putatur id quod voluntate omnium sine lege vetustas conprobaret. Pactum est quod inter quos conuenit ita iustum putatur vt iuri prestare dicatur.**<sup>2</sup> Capitulo 9. **Consuetudine ius est quod aut leuiter a natura tractum aluit: et in maius facit vsus: vt religionem: aut siquid eorum que ante diximus a natura profectum: maius factum propter consuetudinem videmus: aut quod in morem vetustas vulgi approbatione perduxit: Pactum est quod inter aliquos conuenit. Lege ius est quod in eo scripto quod populo exposito est vt obseruet continetur.**<sup>3</sup> Idem rethoricorum artis noue libro 2. capitulo 4. **Lege huius est id quod iussu populi sancitum est. Consuetudinis ius est id quod sine lege equo ac si legitimum sit vsitatum est.**<sup>4</sup> Idem de legibus libro i. **Lex est ratio summa in natura que iubet ea que facienda sunt: prohibet que contraria.**<sup>5</sup> **Legem bonam a mala nulla alia nisi nature norma diuidere possumus. Non solum ius et iura natura diuiduntur: sed omnino omnia honesta et turpia.**<sup>6</sup> Idem de officiis libro i. capitulo 39. **Qui parti ciuium consulunt: partem negligunt rem perniciosissimam in ciuitate iuducunt seditionem atque discordiam.**<sup>7</sup> Idem tusculanarum questionum libro i. **Consensio omnium gentium lex nature putanda est.**<sup>8</sup> Idem de natura deorum libro 2. **Lex est recti preceptio: prauique depulsio.**<sup>9</sup> Idem topicorum capitulo 3. **Ius ciuile est equitas constituta: his qui eiusdem sunt ciuitatis ad res suas obtinendas.**<sup>10</sup>

1. Initium ergo eius ab natura ductum videtur; quaedam autem ex utilitatis ratione aut perspicua nobis aut obscura in consuetudinem venisse; post autem adprobata quaedam a consuetudine aut vero utilia visa legibus esse firmata; ac naturae quidem ius esse, quod nobis non opinio, sed quaedam innata vis adferat, ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obseruantiam, veritatem.

Cicero, *De inuentione*, 2.22.65 (E. Stroebel ed., p.105).

2. Consuetudine autem ius esse putatur id, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobabit. In ea autem quaedam sunt iura ipsa iam certa propter vetustatem. Quo in genere et alia sunt multa et eorum multo maxima pars, quae praetores edicere consuerunt. quaedam autem genera iuris iam certa consuetudine facta sunt; quod genus pactum, par, iudicatum. Pactum est, quod inter quos conuenit ita iustum putatur, ut iure praestare dicatur; par, quod in omnes aequabile est; iudicatum, de quo iam ante sententia alicuius aut aliquorum constitutum est.

Cicero, *De inuentione*, 2.22.67-68 (E. Stroebel ed., p.106).

3. Consuetudine ius est, quod aut leuiter a natura tractum aluit et maius fecit usus, ut religionem, aut si quid eorum, quae ante diximus, ab natura profectum maius factum propter consuetudinem videmus, aut quod in morem vetustas vulgi adprobatione perduxit; quod genus pactum est, par, iudicatum. Pactum est, quod inter aliquos conuenit; par, quod in omnes aequabile est; iudicatum, de quo alicuius aut aliquorum iam sententiis constitutum est. Lege ius est, quod in eo scripto, quod populo expositum est, ut obseruet, continetur.

Cicero, *De inuentione*, 2.54.162 (E. Stroebel ed., pp.148-9).

4. Lege ius est id, quod populi iussu sanctum est quod genus: ut in ius eas, cum uoceris. Consuetudine ius est id, quod sine lege aequae, ac si legitimum sit, usitatum est quod genus id quod argentario tuleris expensum, ab socio eius recte petere possis.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 2.13.19 (F. Marx ed., pp.40-1).



5. Igitur doctissimis viris proficisci placuit a lege, haud scio an recte, si modo, ut iidem definiunt, lex est ratio summa insita in natura, quae iubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria.

Cicero, *De legibus*, 1.18 (C.F.W. Müller ed., p.387).

6. Atqui nos legem bonam a mala nulla alia nisi naturae norma dividere possumus; nec solum ius et iniuria natura diiudicatur, sed omnino omnia honesta et turpia; nam ut communis intellegentia nobis notas res efficit eas que in animis nostris inchoavit, honesta in virtute ponuntur, in vitiis turpia.

Cicero, *De legibus*, 1.44 (C.F.W. Müller ed., p.396).

7. Qui autem parti civium consulunt partem neglegunt rem perniciosissimam in civitatem inducunt seditionem atque discordiam ex quo evenit ut alii populares alii studiosi optimi cuiusque videantur pauci universorum.

Cicero, *De officiis*, 1.25.85 (C. Atzert ed., p.29).

8. Ut porro firmissimum hoc adferri videtur cur deos esse credamus, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit inmanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio (multi de diis prava sentiunt – id enim vitioso more effici solet –, omnes tamen esse vim et naturam divinam arbitrantur, nec vero id conlocutio hominum aut consessus efficit, non institutis opinio est confirmata, non legibus; omni autem in re consensio omnium gentium lex naturae putanda est) – quis est igitur, qui suorum mortem primum non eo lugeat, quod eos orbatos vitae commodis arbitretur.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.13.30 (M. Pohlenz ed., p.232).

9. Sequitur ut eadem sit in is quae humano in genere ratio, eadem veritas utrobique sit eademque lex, quae est recti praeceptio pravique depulsio.

Cicero, *De natura deorum*, 2.79 (W. Ax ed., p.80).

10. Sed ad id totum, de quo disseritur, tum definitio adhibetur, quae quasi involutum evolvit id, de quo quaeritur; eius argumenti talis est formula: Ius civile est aequitas constituta iis, qui eiusdem civitatis sunt, ad res suas optinendas; eius autem aequitatis utilis cognitio est; utilis ergo est iuris civilis scientia; – tum partium enumeratio, quae tractatur hoc modo: Si neque censu nec vindicta nec testamento liber factus est, non est liber; neque ulla est earum rerum; non est igitur liber; – tum notatio, cum ex verbi vi argumentum aliquod elicitur hoc modo: Cum lex assiduo vindicem assiduum esse iubeat, locupletem iubet locupleti; is est enim assiduus, ut ait Aelius, appellatus ab aere dando.

Cicero, *Topica*, 9-10 (W. Friedrich ed., p.427).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 8: De iudicibus et iudiciis (fol.56vb):

Tullius de legibus libro 2. **Quid magnificentius quam posse decernere vt magistratum.**<sup>1</sup> Idem de oratore libro 2. **Plura multo homines iudicant odio aut amore: aut cupiditate: aut iracundia: aut dolore: aut letitia: aut spe: aut timore: aut errore: aut aliqua permotione mentis quam veritate: aut prescripto: aut iuris norma aliqua: aut iudicii formula: aut legibus.**<sup>2</sup>

1. Quid magnificentius quam posse decernere, ut magistratu se abdicent consules?

Cicero, *De legibus*, 2.31 (C.F.W. Müller ed., p.417).

2. Plura enim multo homines iudicant odio aut amore aut cupiditate aut iracundia aut dolore aut laetitia aut spe aut timore aut errore aut aliqua permotione mentis quam veritate aut praescripto aut iuris norma aliqua aut iudicii formula aut legibus.

Cicero, *De oratore*, 2.178 (K. Kumaniecki ed., p.176).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 10: De causidicis et causidictione (fol.57vb):

Tullius de oratore libro 2. **Ego sepiissime video in causis aliquid male facere: homines minime malos.**

Hoc Crassus non putat nisi perfidia accidere posse; ego autem saepissime video in causis aliquid mali facere homines minime malos.

Cicero, *De oratore*, 2.303 (K. Kumaniecki ed., p.233).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 12: De obedientia et contumacia (fol.58ra-rb):

Tullius de legibus libro 3. **Qui imperat paruerit aliquando necesse est: et qui modeste paret videtur quod aliquando imperet dignus esse.**

Neque solum his praescribendus est imperandi, sed etiam civibus obtemperandi modus; nam et qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est, et qui modeste paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse.

Cicero, *De legibus*, 3.5 (C.F.W. Müller ed., p.433).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 13: De facti probatione et testimonio (fol.58rb-va):

Tullius rethoricorum artis noue libro 2. capitulo 2. **Uita hominis ex antefactis spectabitur.**<sup>1</sup> **Argumentum est per quod res coarguitur certioribus argumentis: et magis firma suspitione. A quo sit factum maleficium hoc modo spectabitur: si telum: si uestimentum: si quid eiusmodi relictum: aut si uestigium rei repertum fuerit: aut cruor in uestimentis: aut si in eo loco comprehensus: aut vsus transacto negotio: quo in loco res gesta dicitur.**<sup>2</sup> Libro 4. capitulo i. **Oportet testimonium cum re conuenire: aliter enim rem non potest confirmare.**<sup>3</sup> Idem topicorum. capitulo 24. et finali. **Testimonium dicimus omne quod ab aliqua re externa sumitur ad faciendam fidem. Persona non qualiscumque est testimonii pondus habet: ad fidem enim faciendam auctoritas queritur. Auctoritas in virtute inest maxima. Plerumque creditur his qui experti sunt. Per somnum: vnum: insaniam: multa sepe patefacta sunt.**<sup>4</sup> Idem inuectiuarum in catilinam libro i. **Quid expectas auctoritatem loquentium: quorum voluntatem tacitorum perspicis.**<sup>5</sup> Idem inuectiua in salustium: **Ubi res testimonia assunt quid opus est verbis.**<sup>6</sup>

1. Deinde uita hominis ex ante factis spectabitur.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 2.3.5 (F. Marx ed., p.27).

2. Argumentum est, per quod res coarguitur certioribus argumentis et magis firma suspitione. Id diuiditur in tempora tria: praeteritum, instans, consequens. In praeterito tempore oportet considerare, ubi fuerit, ubi uisus sit, qui cum uisus sit, num quid apparuit, num quem conuenerit, num quid dixerit, num quid habuerit de consciis, de adiutoribus, de adiuuentis; num quo in loco praeter consuetudinem fuerit aut alieno tempore. <In> instanti tempore quaeretur, num uisus sit, cum faciebat, num qui strepitus, clamor, crepitus exauditus aut denique num quid aliquo sensu perceptum sit, aspectu, auditu, tactu, odor<atu>, gustatu; nam quiuis horum sensus potest conflare suspitionem. In consequenti tempore spectabitur, num quid re transacta relictum sit, quod indicet aut factum esse maleficium aut ab quo factum sit. Factum esse, hoc modo: si tumore et liuore decoloratum corpus est mortui, significat eum ueneno necatum. Quo factum sit, hoc modo: si telum, si uestimentum, si quid eiusmodi relictum aut si uestigium <rei> rep<ertum fuerit>; si cruor in uestimentis; si in eo loco comprehensus aut uisus transacto negotio, quo in loco res gesta dicitur.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 2.5.8 (F. Marx ed., pp.30-1).

3. Praeterea oportet testimonium cum re conuenire; aliter enim rem non potest confirmare.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.3.6 (F. Marx ed., p.109).

4. Testimonium autem nunc dicimus omne, quod ab aliqua re externa sumitur ad faciendam fidem. Persona autem non qualiscumque est testimonii pondus habet; ad fidem enim faciendam auctoritas quaeritur; sed auctoritatem aut natura aut tempus adfert. Naturae auctoritas in virtute est maxima; in tempore autem multa sunt, quae adferant auctoritatem: ingenium opes aetas [fortuna] ars usus necessitas, concursio etiam non numquam rerum fortuitarum. Nam et ingeniosos et opulentos et aetatis spatio probatos dignos quibus credatur putant; non recte fortasse, sed vulgi opinio mutari vix potest ad eam que omnia dirigunt et qui iudicant et qui existimant. Qui enim rebus his, quas dixi, excellunt, ipsa virtute videntur excellere. Sed reliquis quoque rebus, quas modo enumeravi, quamquam in his nulla species virtutis est, tamen interdum confirmatur fides, si aut ars quaedam adhibetur – magna est enim vis ad persuadendum scientiae – aut usus; plerumque enim creditur iis, qui experti sunt. Facit etiam necessitas fidem, quae tum a corporibus tum ab animis nascitur. Nam et verberibus tormentis igni fatigati quae dicunt,

ea videtur veritas ipsa dicere et quae perturbationibus animi, dolore cupiditate iracundia metu, quia necessitatis vim habent, adferunt auctoritatem et fidem. Cuius generis etiam illa sunt, ex quibus verum non numquam invenitur, pueritia somnus imprudentia vinolentia insania. Nam et parvi saepe indicaverunt aliquid, quo id pertineret ignari, et per somnum vinum insaniam multa saepe patefacta sunt.

Cicero, *Topica*, 73-75 (W. Friedrich ed., pp.442-3).

5. Quid exspectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicias?

Cicero, *In Catilinam orationes*, 1.20 (P. Reis ed., p.8).

6. Sed ubi rerum testimonia adsunt quid opus est verbis?

Pseudo-Cicero, *Inuectiua in C. Sallustium Crispum*, 4.12 (A. Kurfess ed., p.15).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 15: De vulgari seu famosa asseueratione (fol.58vb):

Tullius topicorum capitulo 4. et finali. **Fama vulgi est quoddam multitudinis testimonium.**

Huius etiam est generis fama vulgi, quoddam multitudinis testimonium.

Cicero, *Topica*, 76 (W. Friedrich ed., p.443).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 17: De iudiciali vindicta (fol.59va):

Tullius rethoricorum artis veteris libro 11. capitulo 5. **Nihil est indignius quam eum qui culpa caret supplitio non carere.**

Deinde nihil esse indignius quam eum, qui culpa careat, supplitio non carere.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.33.101 (M. Pohlenz ed., p.121).



Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali (fol.60vb):

Tullius de officiis libro i. capitulo 8. **Omnes trahimur et ducimur ad cognitionis et scientie cupiditatem: in qua excellere pulchrum putamus.**<sup>1</sup> Idem de oratore libro i. **Adest fere nemo qui non acutius atque acrius vitia indicet quam recta videat.**<sup>2</sup> Libro 3. **Non est tanta in rebus obscuritas vt eas non penitus acri vir ingenio cernat si modo aspexerit.**<sup>3</sup>

1. Omnes enim trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiae cupiditatem in qua excellere pulchrum putamus labi autem errare nescire decipi et malum et turpe dicimus.

Cicero, *De officiis*, 1.6.18 (C. Atzert ed., p.7).

2. Adest enim nemo fere quin acutius atque acrius vitia in dicente quam recta videat.

Cicero, *De oratore*, 1.116 (K. Kumaniecki ed., p.45).

3. Nam neque tam est acris acies in naturis hominum et ingeniis, ut res tantas quisquam nisi monstratas possit videre, neque tanta tamen in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri vir ingenio cernat, si modo aspexerit.

Cicero, *De oratore*, 3.124 (K. Kumaniecki ed., p.309).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 3: De naturali perspicuitate veri (fol.61va):

Tullius de oratore libro 2. **Magna quidem est vis incredibilisque nature: omnis enim quoddam lesum tacito sine vlla arte que sint in artibus ac rationibus recta ac praua diiudicat.**<sup>1</sup> **Mirabile est cum plurimum in faciendo intersit inter doctum et rudem: quam non multum differat in iudicando.**<sup>2</sup>

1. Illud autem ne quis admiretur, quonam modo haec volgus imperitorum in audiendo notet, cum in omni genere tum in hoc ipso magna quaedam est vis incredibilisque naturae. Omnes enim tacito quodam sensu sine ulla arte aut ratione, quae sint in artibus ac rationibus recta ac prava, diiudicant; idque cum faciunt in picturis et in signis et in aliis operibus, ad quorum intellegentiam a natura minus habent instrumenti, tum multo ostendunt magis in verborum, numerorum vocumque iudicio, quod ea sunt in communibus infixis sensibus nec earum rerum quemquam funditus natura esse voluit expertem.

Cicero, *De oratore*, 3.195 (K. Kumaniecki ed., p.344).

2. Mirabile est, cum plurimum in faciendo intersit inter doctum et rudem, quam non multum differat in iudicando.

Cicero, *De oratore*, 3.197 (K. Kumaniecki ed., p.345).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 4: De ratione morali consideratione (fol.61vb):

Tullius tusculanarum questionum libro 3. **Munus animi est ratione bene vti. Sapientis animus ita semper affectus est vt ratione optime vtatur.**<sup>1</sup> Libro 4. **Bene adhibita ratio cernit quid optimum sit neglecta vero multis implicatur erroribus.**<sup>2</sup> **Nihil sine ratione recte fieri potest.**<sup>3</sup> Idem de legibus libro i. **Quid est non dicam in homine: sed in omni celo atque terra ratione diuinius: que cum adoleuit perfecta est nominatur rite sapientia.**<sup>4</sup> Libro 2. **Lex vera atque princeps apta ad iubendum et ad vetandum ratio est recta.**<sup>5</sup> Idem de fine bonorum et malorum libro 4. **Rationis perfectio est virtus.**<sup>6</sup> Idem de natura deorum libro 2. **Nihil est mente et ratione melius.**<sup>7</sup>

1. Munus autem animi est ratione bene uti; et sapientis animus ita semper adfectus est, ut ratione optime utatur; numquam igitur est perturbatus.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.7.15 (M. Pohlenz ed., p.325).

2. Itaque bene adhibita ratio cernit, quid optimum sit, neglecta multis implicatur erroribus.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 4.27.58 (M. Pohlenz ed., p.390).

3. Aut igitur negemus quicquam ratione confici, cum contra nihil sine ratione recte fieri possit, aut, cum philosophia ex rationum conlatione constet, ab ea, si et boni et beati volumus esse, omnia adiumenta et auxilia petamus bene beateque vivendi.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 4.38.84 (M. Pohlenz ed., p.403).

4. Quid est autem non dicam in homine, sed in omni caelo atque terra ratione diuinius? Quae quom adolevit atque perfecta est, nominatur rite sapientia.

Cicero, *De legibus*, 1.22 (C.F.W. Müller ed., p.388).

5. Quam ob rem lex vera atque princeps apta ad iubendum et ad vetandum ratio est recta summi Iovis.

Cicero, *De legibus*, 2.10 (C.F.W. Müller ed., p.408).

6. Si est nihil in eo, quod perficiendum est, praeter motum ingenii quendam, id est rationem, necesse est huic ultimum esse ex virtute agere; rationis enim perfectio est virtus; si est nihil nisi corpus, summa erunt illa: valitudo, vacuitas doloris, pulchritudo, cetera.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 5.16.44 (T. Schiche, p.178).

7. Nihil autem est mente et ratione melius; ergo haec mundo deesse non possunt.

Cicero, *De natura deorum*, 2.38 (W. Ax ed., p.63).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 6: De imaginatione memoria reminiscencia et obliuione morali consideratione (fol.62rb):

Tullius rethoricorum artis noue libro i. capitulo 2. **Memoria est firma animi rerum et verborum dispositionis perceptio.**<sup>1</sup> Libro 3. capitulo 4. **Nuperrime dictum facile memorie commendatur.**<sup>2</sup> 12. capitulo. **Si quas res in vita videmus paruas vsitatas quottidianas: eas meminisse non solemus: propterea quod nulla nisi noua aut admirabili re commouetur animus: aut siquid videmus aut audiuius egregie turpe aut honestum inauditum magnum incredibile periculosum id diu meminisse consueuimus. Usitate res facile memoria elabuntur. Insignes et noue diutius manent in animo.**<sup>3</sup> Idem de oratore libro 2. ad finem: **Fingende sunt nobis imagines quibus semper vtamur rerum memoria.**<sup>4</sup> Idem de natura deorum libro 2. **Nihil est difficilius quam a consuetudine oculorum aciem mentis adducere.**<sup>5</sup>

1. Memoria est firma animi rerum et uerborum et dispositionis perceptio.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 1.2.3 (F. Marx ed., p.2).

2. Nam et <tat>im re narrata expectat animus auditoris, sei qua re causa confirmari possit – quapropter continuo firmam aliquam oportet inferre argumentationem –: et, reliqua, quoniam nuperrime dictum facile memoriae mandatur, utile est, cum dicere desinamus, recentem aliquam relinquere in animis auditorum bene firmam argumentationem.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 3.10.18 (F. Marx ed., p.86).

3. Nam si quas res in uita uidemus paruas, usitatas, cottidianas, meminisse non solemus propterea quod nulla noua nec admirabili re commouetur animus: at si quid uidemus aut audimus egregie turpe aut honestum, inusitatum, magnum, incredibile, ridiculum, id diu meminisse consueuimus. <Itaque quas res ante ora uidemus> aut audimus, obliuiscimur plerumque; quae acciderunt in pueritia, meminimus optime saepe; nec hoc alia de causa potest accidere, nisi quod usitatae res facile e memoria elabuntur, insignes et nouae diutius <manent in animo>.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 3.22.35 (F. Marx ed., pp.100-1).

4. Multa enim sunt verba, quae quasi articuli conectunt membra orationis, quae formari similitudine nulla possunt; eorum fingendae sunt nobis imagines, quibus semper utamur. Rerum memoria propria est oratoris; eam singulis personis bene positus notare possumus, ut sententias imaginibus, ordinem locis comprehendamus.

Cicero, *De oratore*, 2.359 (K. Kumaniecki ed., p.257).

5. Restat ut qualis eorum natura sit consideremus; in quo nihil est difficilius quam a consuetudine oculorum aciem mentis abducere ea difficultas induxit et vulgo imperitos et similes philosophos imperitorum, ut nisi figuris hominum constitutis nihil possent de dis immortalibus cogitare; cuius opinionis leuitas confutata a Cotta non desiderat orationem meam.

Cicero, *De natura deorum*, 2.45 (W. Ax ed., p.66).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 10: De coniectura morum per aspectum et gestum (fol.63ra):

Tullius de oratore libro 2. **Imago animi est vultus: iudices oculi: nam hec est vna pars corporis que quot animi motus sunt: tot significationes possit efficere.**

Animi est enim omnis actio et imago animi vultus indices oculi. Nam haec est una pars corporis, quae, quot animi motus sunt, tot significationes et commutationes possit efficere.

Cicero, *De oratore*, 3.221 (K. Kumaniecki ed., p.358).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 1: De prudentia et sapientia (64va):

Tullius de officiis libro 2. capitulo 2. **Sapientia est rerum diuinarum: et humanarum causarumque quibus he res continentur scientia.**<sup>1</sup> Idem tusculanarum questionum libro i. **Nihil est hominis prudentia dulcius quam vt cetera auferat: affert certe senectus.**<sup>2</sup> Libro 3. **Sapientia sanitas est animi.**<sup>3</sup> Libro 5. et finali. **Sapientia semper eo contenta est quod adest.**<sup>4</sup> Idem rethorica artis veteris libro 2. capitulo 9. **Prudentia est rerum bonarum malarumque vtrumque scientia.**<sup>5</sup> Libro 2. capitulo 2. **Prudentia est calliditas: que ratione quadam potest delectum habere bonorum et malorum.**<sup>6</sup> Idem de legibus libro i. **Ratio cum adoleuit atque perfectda est nominatur rite sapientia.**<sup>7</sup> Idem de diuinatione libro 2. **Sapientem esse portentum est: sepius enim in vllam peperisse arbitror quam sapientem fuisse.**<sup>8</sup>

1. Sapientia autem est ut a ueteribus philosophis definitum est rerum diuinarum et humanarum causarumque quibus eae res continentur scientia cuius studium qui uituperat haud sane intellego quidnam sit quod laudandum putet.

Cicero, *De officiis*, 2.2.5 (C. Atzert ed., p.57).

2. Nam, reor, nullis, si vita longior daretur, posset esse iucundior; nihil enim est profecto homini prudentia dulcius, quam, ut cetera auferat, adfert certe senectus.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.39.94 (M. Pohlenz ed., p.265).

3. Ita fit ut sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quaedam, quae est insania eademque dementia; multoque melius haec notata sunt verbis Latinis quam Graecis.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.5.10 (M. Pohlenz ed., p.321).

4. Etenim ut stultitia, etsi adepta est quod concupivit, numquam se tamen satis consecutam putat, sic sapientia semper eo contenta est quod adest, neque eam umquam sui paenitet.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.18.54 (M. Pohlenz ed., p.428).

5. Prudentia est rerum bonarum et malarum neutrarumque scientia.

Cicero, *De inuentione*, 2.53.160 (E. Stroebel ed., p.147).

6. Prudentia est calliditas, quae ratione quadam potest dilectum habere bonorum et malorum.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 3.2.3 (F. Marx ed., p.74).

7. Quid est autem non dicam in homine, sed in omni caelo atque terra ratione diuinius? Quae quom adolevit atque perfecta est, nominatur rite sapientia.

Cicero, *De legibus*, 1.22 (C.F.W. Müller ed., p.388).

8. Nam si, quod raro fit, id portentum putandum est, sapientem esse portentum est; saepius enim mulam peperisse arbitror quam sapientem fuisse.

Cicero, *De diuinatione*, 2.61 (R. Giomini ed., p.106).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 2: De stultitia et insipientia (s.n.):

Tullius tusculanarum questionum libro 3. **Proprium stultitia est aliorum vitia cernere obliuisci suorum.**<sup>1</sup> **Insipientia quasi insanitas quedam animi est.**<sup>2</sup> **Insipientia nullum maius malum est.**<sup>3</sup> Libro 5. et finali. **Stultitia etsi adepta est quod concupiuit: nunquam tamen se satis consecutam putat.**<sup>4</sup> Idem rethoricorum artis noue libro 2. capitulo 6. **Omnium malorum stultitia mater est atque materies.**<sup>5</sup>

1. Est enim proprium stultitiae aliorum vitia cernere, obliuisci suorum.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.30.73 (M. Pohlenz ed., p.354).

2. Ita fit ut sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quaedam, quae est insania eademque dementia; multoque melius haec notata sunt verbis Latinis quam Graecis.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.5.10 (M. Pohlenz ed., p.321).

3. Sunt enim insipientes, neque insipientia ullum maius malum est.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.28.68 (M. Pohlenz ed., p.351).

4. Etenim ut stultitia, etsi adepta est quod concupivit, nunquam se tamen satis consecutam putat, sic sapientia semper eo contenta est quod adest, neque eam unquam sui paenitet.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.18.54 (M. Pohlenz ed., p.428).

5. Item uitiosa expositio est, quae nimium longe repetitur, hoc modo: 'omnium malorum stultitia est mater atque materies....'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 2.22.34 (F. Marx ed., p.53).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 3: De prudentia et premeditatione atque deliberatione (s.n.):

Tullius de officiis libro i. capitulo 34. **In omnibus negociis priusquam aggrediare adhibenda est preparatio diligens.**<sup>1</sup> Idem tusculanarum questionum libro 3. **Premeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum.**<sup>2</sup> Idem rethoricorum artis veteris libro 2. **Prouidentia est per quam futurum aliquid videtur antequam fiat.**<sup>3</sup> Idem rethoricorum artis noue libro 4. capitulo 7. **Solent diu cogitare omnes qui magna negocia volunt agere.**<sup>4</sup> Idem philippicorum libro 10. **Sapientis quicquid homini accidere possit idipsum premeditari ferendum modice si euenerit esse.**<sup>5</sup>

1. In omnibus autem negotiis priusquam adgrediare adhibenda est praeparatio diligens.

Cicero, *De officiis*, 1.21.73 (C. Atzert ed., p.25).

2. Haec igitur praemeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quae venientia longe ante videris.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.14.29 (M. Pohlenz ed., p.332).

3. Memoria est, per quam animus repetit illa, quae fuerunt; intellegentia, per quam ea perspicit, quae sunt; prouidentia, per quam futurum aliquid videtur ante quam factum est.

Cicero, *De inuentione*, 2.53.160 (E. Stroebel ed., p.147).

4. Solent enim diu cogitare omnes, qui magna negotia uolunt agere.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.11.16 (F. Marx ed., p.121).

5. Est enim sapientis, quicquid homini accidere possit, id praemeditari ferendum modice esse [si euenerit].

Cicero, *Orationes Philippicae*, 11.7 (P. Fedeli ed., p.134).



Pars 3, Liber 2, Rubrica 4: De consilio (s.n.):

Tullius rethoricorum artis veteris libro i. capitulo 12. **Consilium est aliquid faciendi vel non faciendi recte excogitata ratio.**<sup>1</sup> Idem philipicorum libro 6. **Etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus auctoribus amoueri solent.**<sup>2</sup> Libro 11. **Optimus est portus penitenti: mutatio consilii.**<sup>3</sup> Idem in oratione pro marco marcello. **Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur: nec ad consilium casus admittitur.**<sup>4</sup> **Iracundia est inimica consilio.**<sup>5</sup>

1. Consilium est aliquid faciendi aut non faciendi excogitata ratio.

Cicero, *De inuentione*, 1.25.36 (E. Stroebel ed., p.33).

2. Te ipsum, Pansa, moneo – quamquam non eges consilio, quo uales plurimum, tamen etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus a uectoribus admoneri solent – hunc tantum tuum apparatus tam que praeclarum ne ad nihilum recidere patiare.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 7.27 (P. Fedeli ed., p.106).

3. Optimus est portus paenitenti mutatio consilii.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 12.7 (P. Fedeli ed., p.147).

4. Numquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, neque ad consilium casus admittitur.

Cicero, *Pro M. Claudio Marcello oratio*, 7 (A. Klotz ed., p.71).

5. At vero cum aliquid clementer mansuete iuste moderate sapienter factum, in iracundia praesertim quae est inimica consilio, et in victoria quae natura insolens et superba est, audimus aut legimus, quo studio incendimur non modo in gestis rebus, sed etiam in fictis, ut eos saepe quos numquam vidimus diligamus!

Cicero, *Pro M. Claudio Marcello oratio*, 9 (A. Klotz ed., p.72).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 5: De preeligibilibus (s.n.):

Tullius topicorum capitulo 22. **Plura bona paucioribus bonis anteponantur: pauciora mala pluribus malis. Diuturniora bona brevioribus bonis anteponantur: longe et late pervagata angustis. Anteponantur ea que per se expetenda sunt his que propter aliud. Anteponantur sua alienis.**

Numero sic comparabuntur, plura bona ut paucioribus bonis anteponantur, pauciora mala malis pluribus, diuturniora bona brevioribus, longe et late pervagata angustis, ex quibus plura bona propagentur quaeque plures imitentur et faciant. Specie autem comparantur, ut anteponantur quae propter se expetenda sunt iis, quae propter aliud, et ut innata atque insita adsumptis atque adventiciis, integra contaminatis, iucunda minus iucundis, honesta ipsis etiam utilibus, proclivia laboriosis, necessaria non necessariis, sua alienis, rara vulgaribus, desiderabilia iis, quibus facile carere possis, perfecta inchoatis, tota partibus, ratione utentia rationis expertibus, voluntaria necessariis, animata inanimis, naturalia non naturalibus, artificiosa non artificiosis.

Cicero, *Topica*, 69 (W. Friedrich ed., p.441).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 7: De principii qualitate: et principio considerandis (s.n.):

Tullius de fine bonorum et malorum libro 5. et finali. **Omnium rerum principia parua sunt: sed suis progressibus vsa augentur.**<sup>1</sup> Idem philippicorum libro 5. **Omne malum nascens facile opprimitur inueteratum fit plerumque robustius.**<sup>2</sup> Idem de oratore libro 2. **Omnia que fiunt quecumque aguntur acerrime leuioribus principiis natura ipsa pretextuit.**<sup>3</sup> Idem in thimeum platonis siue de essentia mundi: **Difficillimum est in omni conquisitione rationis exordium.**<sup>4</sup>

1. Omnium enim rerum principia parua sunt, sed suis progressionibus usa augentur, nec sine causa; in primo enim ortu inest teneritas ac mollitia quaedam, ut nec res videre optimas nec agere possint.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 5.21.58 (T. Schiche, p.185).

2. Omne malum nascens facile opprimitur: inueteratum fit plerumque robustius.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 5.31 (P. Fedeli ed., p.85).

3. Sic omnia, quae fiunt quaeque aguntur acerrime, lenioribus principiis natura ipsa praetexuit.

Cicero, *De oratore*, 2.317 (K. Kumaniecki ed., p.239).

4. Difficillimum autem est in omni conquisitione rationis exordium; de iis igitur, quae diximus, haec sit prima distinctio.

*Plato secundum translationem quam fecit Cicero*, 7 (R. Giomini ed., p.180).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 10: De cause et effectus consideratione et occasione (s.n.):

Tullius philippicorum libro 8. **Is profecto mortem attulit qui causa mortis fuit.**

Non igitur magis Leptines Octavius nec Veientium rex eos quos modo nominavi quam Ser. Sulpicius occidit Antonius: is enim profecto mortem attulit qui causa mortis fuit.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 9.7 (P. Fedeli ed., p.119).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 12: De cautione securitate et periculo (s.n.):

Tullius philippicorum libro i. **Metui et ob id odio esse inuidiosum est detestabile imbecillum caducum.**<sup>1</sup> Libro 2. **Charitate et beniuolentia ciuium septum oportet esse non armis.**<sup>2</sup>

1. Carum esse ciuem, bene de re publica mereri, laudari, coli, diligi gloriosum est; metui uero et in odio esse inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 1.33 (P. Fedeli ed., p.12).

2. Sed nullum est istuc, mihi crede, praesidium: caritate te et beneuolentia ciuium saeptum oportet esse, non armis.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 2.112 (P. Fedeli ed., p.53).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 1: De philosophia et scientia litterarum (fol.65ra-rb):

Tullius in ortensio: **Philosophia rationibus progredi debet.**<sup>1</sup> **Duo hec sunt maxima in philosophia: iudicium veri: et finis bonorum.**<sup>2</sup> Idem tusculanarum questionum libro i. **Omnium artium que ad rectam viuendi viam pertinent: ratio et disciplina studio sapientie que philosophia dicitur: contra. Meum iudicium semper fuit omnia nostros aut inuenisse per se sapientius quam per grecos: aut accepta ab illis fecisse meliora.**<sup>3</sup> **Natura inest mentibus nostris insatiabilis: quedam cupiditas veri videndi.**<sup>4</sup> Libro 2. **Philosophia paucis est contenta iudicibus: multitudinem consolto ipsa fugiens: eique ipsi et suspecta et inuisa est.**<sup>5</sup> **Philosophia videtur animis: inanes sollicitudines detrahit: cupiditatibus liberat: pellit timores.**<sup>6</sup> Libro 3. **Est profecto animi medicina philosophia.**<sup>7</sup> **Uirtus adipiscende causa philosophia quesita est.**<sup>8</sup> Libro 4. **Philosophia ex rationum collatione constat.**<sup>9</sup> Libro 5. extra: **Quid est dulcius otio litterato.**<sup>10</sup> Idem de fine bonorum et malorum libro i. **Ita sentio et sepe deserui: latinam linguam non modo non inopem sed locupletiorum etiam esse quam grecam.**<sup>11</sup> Libro 2. **A grecis philosophiam et omnes ingenuas disciplinas habemus.**<sup>12</sup>

1. Ipsa autem philosophia, quae rationibus progredi debet, quem habebit exitum.

Cicero, *Academica priora*, 27 (O. Plasberg ed., p.40).

2. Quoniam enim id haberent Academici decretum (sentitis enim iam hoc me dogma~g dicere) nihil posse percipi, non debere eos in suo decreto sicut in ceteris rebus fluctuari, praesertim cum in eo summa consisteret: hanc enim esse regulam totius philosophiae, constitutionem veri falsi cogniti incogniti; quam rationem quoniam suscipere docereque vellent quae visa accipi oporteret quae repudiari, certe hoc ipsum, ex quo omne veri falsique iudicium esset, percipere eos debuisse; etenim duo esse haec maxima in philosophia, iudicium veri et finem bonorum, nec sapientem posse esse qui aut cognoscendi esse initium ignoret aut extremum expetendi, ut aut unde proficiscatur aut quo perveniendum sit nesciat; haec autem habere dubia nec is ita confidere ut moveri non possint abhorre a sapientia plurimum.

Cicero, *Academica priora*, 29 (O. Plasberg ed., p.41).

3. Cum defensionum laboribus senatoriisque muneribus aut omnino aut magna ex parte essem aliquando liberatus, rettuli, me, Brute, te hortante maxime ad ea studia, quae retenta animo, remissa temporibus, longo intervallo intermissa revocavi, et cum omnium artium, quae ad rectam vivendi viam pertinerent, ratio et disciplina studio sapientiae, quae philosophia dicitur, contineretur, hoc mihi Latinis litteris inlustrandum putavi, non quia philosophia Graecis et litteris et doctoribus percipi non posset, sed meum semper iudicium fuit omnia nostros aut invenisse per se sapientius quam Graecos aut accepta ab illis fecisse meliora, quae quidem digna statuissent, in quibus elaborarent.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.1.1 (M. Pohlenz ed., p.217).

4. Cumque corporis facibus inflammari soleamus ad omnis fere cupiditates eoque magis incendi, quod is aemulemur, qui ea habeant quae nos habere cupiamus, profecto beati erimus, cum corporibus relictis et cupiditatum et aemulationum erimus expertes; quodque nunc facimus, cum laxati curis sumus, ut spectare aliquid velimus et visere, id multo tum faciemus liberius totosque nos in contemplandis rebus perspiciendisque ponemus, propterea quod et natura inest in mentibus nostris insatiabilis quaedam cupiditas veri videndi et orae ipsae locorum illorum, quo pervenerimus, quo faciliorem nobis cognitionem rerum caelestium, eo maiorem cognoscendi cupiditatem dabant.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.19.44 (M. Pohlenz ed., p.240).

5. Est enim philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consulto ipsa fugiens eique ipsi et suspecta et invisae, ut, vel si quis universam velit vituperare, secundo id populo facere possit, vel si in eam quam nos maxime sequimur conetur invadere, magna habere possit auxilia e reliquorum philosophorum disciplinis.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.1.4 (M. Pohlenz ed., p.281).

6. Minime mirum id quidem; nam efficit hoc philosophia: medetur animis, inanes sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.4.11 (M. Pohlenz ed., p.284).

7. Est profecto animi medicina, philosophia; cuius auxilium non ut in corporis morbis petendum est foris, omnibus que opibus viribus, ut nosmet ipsi nobis mederi possimus, elaborandum est.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.3.6 (M. Pohlenz ed., p.319).

8. Tertium peccatum commune cum quibusdam, quod, cum virtus maxime expetatur eiusque adipiscendae causa philosophia quaesita sit, ille a virtute summum bonum separavit.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.20.47 (M. Pohlenz ed., p.342).

9. Aut igitur negemus quicquam ratione confici, cum contra nihil sine ratione recte fieri possit, aut, cum philosophia ex rationum conlatione constet, ab ea, si et boni et beati volumus esse, omnia adiumenta et auxilia petamus bene beateque vivendi.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 4.38.84 (M. Pohlenz ed., p.403).

10. Quid est enim dulcius otio litterato?

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.36.105 (M. Pohlenz ed., p.451).

11. Non est omnino hic docendi locus; sed ita sentio et saepe dis serui, Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putarent, sed locupletiores etiam esse quam Graecam.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 1.3.10 (T. Schiche, p.5).

12. Sint ista Graecorum; quamquam ab iis philosophiam et omnes ingenuas disciplinas habemus; sed tamen est aliquid, quod nobis non liceat, liceat illis.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 2.21.68 (T. Schiche, p.63).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 2: De auctoribus scientiarum et libris eorum (fol.65va):

Tullius tusculanarum questionum libro 5. et finali. **Acute disputantis alludere non quid quisque dicat: sed quid cuique dicendum sit videre.**<sup>1</sup> Idem de natura deorum libro 3. et finali. **Suo cuique iudicio utendum est.**<sup>2</sup>

1. Atqui his capiuntur imperiti, et propter huius modi sententias istorum hominum est multitudo; acute autem disputantis illud est, non quid quisque dicat, sed quid cuique dicendum sit, videre.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.10.28 (M. Pohlenz ed., p.417).

2. Cum autem suo cuique iudicio sit utendum, difficile factu est me id sentire quod tu velis.

Cicero, *De natura deorum*, 3.1 (W. Ax ed., p.118).



Pars 3, Liber 3, Rubrica 3: De doctrina et doctoribus seu magistris (fol.66rb):

Tullius de amicitia: **Fructus ingenii et virtutis omnisque prestantie tum maximus capitur cum in proximum quemque confertur.**<sup>1</sup> Idem tusculanarum questionum libro 2. **Ut ager quamvis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest: sic sine doctrina animus.**<sup>2</sup> Idem rethoricorum artis noue libro 6. et finali capitulo 10. **Homo indoctus quamvis sit ingeniosus ad virtutem peruenire non potest.**<sup>3</sup> Idem de oratore libro i. **Non ignoro et que bona sunt fieri meliora posse doctrina.**<sup>4</sup> **Non est omnino ars vlla in qua omnia que illa arte effici possunt a doctore tradantur.**<sup>5</sup>

1. Fructus enim ingenii et virtutis omnisque praestantiae tum maxumus capitur, cum in proximum quemque confertur.

Cicero, *De amicitia*, 70 (K. Simbeck ed., p.73).

2. Atque, ut in eodem simili verser, ut ager quamvis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest, sic sine doctrina animus; ita est utraque res sine altera debilis.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.5.13 (M. Pohlenz ed., p.286).

3. Per negationem dicetur probandi causa hoc modo: ‘Neque equus indomitus, quamvis bene natura conpositus sit, idoneus potest esse ad eas utilitates, quae desiderantur ab equo; neque homo indoctus, quamvis sit ingeniosus, ad uirtutem potest peruenire.’

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.46.59 (F. Marx ed., p.176).

4. Neque haec ita dico ut ars aliquos limare non possit – neque enim ignoro et quae bona sint fieri meliora posse doctrina et quae non optima aliquo modo acui tamen et corrigi posse – sed sunt quidam aut ita lingua haesitantes aut ita voce absoni aut ita voltu motuque corporis vasti atque agrestes, ut etiamsi ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint.

Cicero, *De oratore*, 1.115 (K. Kumaniecki ed., p.44).

5. Hoc loco ne qua sit admiratio, si tot tantarumque rerum nulla a me praecepta ponentur, sic statuo: ut in ceteris artibus, cum tradita sint cuiusque artis difficillima, reliqua, quia aut facilia aut similia sunt, tradi non necesse esse; ut in pictura, qui hominum speciem pingere perdidicerit, posse eum cuiusvis vel formae vel aetatis, etiam si non didicerit, pingere neque esse periculum, qui leonem aut taurum pingat egregie, ne idem in multis aliis quadrupedibus facere non possit – neque est omnino ars ulla in qua omnia, quae illa arte effici possint a doctore tradantur, sed qui primarum et certarum rerum genera ipsa didicerunt reliqua per se adsequuntur – similiter arbitror in hac sive ratione sive exercitatione dicendi, qui illam vim adeptus sit, ut eorum mentes, qui aut de re publica aut de ipsius rebus aut de iis, contra quos aut pro quibus dicat, cum aliqua statuendi potestate audiant, ad suum arbitrium movere possit, illum de toto illo genere reliquarum orationum non plus quaesitum esse quid dicat, quam Polyclitum illum, cum Herculem fingeat, quem ad modum pellem aut hydram fingeret, etiam haec numquam separatim facere didicisset.

Cicero, *De oratore*, 2.69-70 (K. Kumaniecki ed., p.131).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 4: De admonitione castigatione seu correctione (fol.67ra):

Tullius rethoricorum artis veteris. libro 2. capitulo i. **Docti ab aliquo facile et libenter sententiam commutabimus. Non enim parum cognosse: sed in parum cognito stulte et diu perseuerasse turpe est: propterea quod alterum communi hominum infirmitati: alterum singulari cuiusque vitio est attributum.**<sup>1</sup> Idem tusculanarum questionum libro 2. **Hoc turpior quis est: quod in eo peccet cuius profitetur scientiam.**<sup>2</sup>

1. Sin autem temere aliquid alicuius praeterisse aut non satis eleganter secuti videbimur, docti ab aliquo facile et libenter sententiam commutabimus. Non enim parum cognosse, sed in parum cognito stulte et diu perseuerasse turpe est, propterea quod alterum communi hominum infirmitati, alterum singulari cuiusque vitio est adtributum.

Cicero, *De inuentione*, 2.3.9 (E. Stroebel ed., p.79).

2. Ut enim si grammaticum se professus quispiam barbare loquatur, aut si absurde canat is qui se haberi velit musicum, hoc turpior sit, quod in eo ipso peccet, cuius profitetur scientiam, sic philosophus in vitae ratione peccans hoc turpior est, quod in officio, cuius magister esse vult, labitur artem que vitae professus delinquit in vita.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.4.12 (M. Pohlenz ed., p.285).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 5: De increpatione et reprehensione (fol.67vb):

Tullius de oratore libri i. in fine. **Malo non intelligi orationem meam quam reprehendi.**<sup>1</sup> Libro 2. **Homines imperiti facilius quod stulte dixeris reprehendere: quam quod sapienter tuleris laudare possunt.**<sup>2</sup>

1. Nam ut C. Lucilius homo doctus et perurbanus dicere solebat ea quae scriberet neque se ab indoctissimis neque a doctissimis legi velle, quod alteri nihil intellegerent, alteri plus fortasse quam ipse – de quo etiam scripsit ‘Persium non curo legere’ (hic fuit enim, ut noramus, omnium fere nostrorum hominum doctissimus) Laelium Decimum volo, ‘quem cognovimus virum bonum et non inlitteratum sed nihil ad Persium –: sic ego, si iam mihi disputandum sit de his nostris studiis, nolim equidem apud rusticos sed multo minus apud vos; malo enim non intelligi orationem meam quam reprehendi.’

Cicero, *De oratore*, 2.25 (K. Kumaniecki ed., p.113).

2. Orat reus, urgent advocati, ut invehamur, ut male dicamus, denique ut interrogemus; non moveor, non obtempero, non satisfacio, neque tamen ullam adsequor laudem; homines enim imperiti facilius quod stulte dixeris reprehendere, quam quod sapienter tacueris laudare possunt.

Cicero, *De oratore*, 2.301 (K. Kumaniecki ed., p.233).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 6: De exemplo et imitatione (fol.68rb-va):

Tullius rethoricorum artis noue libro 4. capitulo i. **Exempla testimoniorum locum obtinent. Ut testimonium: sic exemplum rei confirmande causa sumitur: non ergo oportet hoc nisi a probatissimo sumi: ne quid aliud confirmare debeat: egeat idipsum confirmationis.**<sup>1</sup> 4. capitulo. **Rerum imperiti qui vnus cuiusque rei de rebus ante gestis exempla patere non possunt: hi per imprudentiam facile deducuntur in fraudem. At hi qui sciunt quid aliis acciderit: facile ex aliorum euentu suis rationibus possunt prouidere.**<sup>2</sup> Libro 6. et finali capitulo 11. **Exemplum est alicuius facti aut dicti praeteriti cum certi auctoris nomine propositio.**<sup>3</sup> Tullius de oratore libro 3. et finali. **Commemoratio antiquitatis exemplorumque prolatio auctoritatem orationi affert et fidem. Habet autem vt in etatibus auctoritatem senectus: sic in exemplis antiquitas.**<sup>4</sup>

1. Praeterea exempla testimoniorum locum optinent. <Id> enim, quod admonuerit et leuiter fecerit praeceptio, exemplo sicut testimonio conprobatur. Non igitur ridiculus sit, si quis in lite aut in iudicio domesticis <testimoniis> pugnet. Ut enim testimonium, sic exemplum rei confirmandae causa sumitur. Non ergo oportet hoc nisi a probatissimo sumi, ne, quod aliud confirmare debeat, egeat <id> ipsum confirmationis.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.1.2 (F. Marx ed., p.106).

2. Nam rerum inperiti, qui unius cuiusque rei de rebus ante gestis exempla petere non possunt, ii per imprudentiam facillime deducuntur in fraudem: at ii, qui sciunt, quid aliis acciderit, facile ex aliorum euentis suis rationibus possunt prouidere.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.9.13 (F. Marx ed., p.119).

3. Exemplum est alicuius facti aut dicti praeteriti cum certi auctoris nomine propositio.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.49.62 (F. Marx ed., p.179).

4. Commemoratio autem antiquitatis exemplorumque prolatio summa cum delectatione et auctoritatem orationi affert et fidem.

Cicero, *Orator*, 120 (P. Reis ed., p.41).

5. Habet autem ut in aetatibus auctoritatem senectus sic in exemplis antiquitas, quae quidem apud me ipsum valet plurimum.

Cicero, *Orator*, 169 (P. Reis ed., p.64).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 7: De disciplina (fol.69ra):

Tullius rethoricorum artis veteris libro i. 9. capitulo. **His maxime docilis est qui attentissime est paratus audire.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis noue libro i. capitulo 4. **Docilis qui attente uult audire.**<sup>2</sup> Libro 3. capitulo 9. **Ingenii bonitas imitatur sepe doctrinam.**<sup>3</sup> Idem de oratore libro i. **Non est omnino ars vlla in qua omnia que illa arte effici possunt a doctore tradantur.**<sup>4</sup> Idem tusculanarum questionum libro 4. **Audienti discipulo intento opus est animo ne omnia dilabantur si vnum aliquod aufugiat.**<sup>5</sup> Idem de natura deorum libro i. **Obest plerumque his qui discere volunt auctoritates eorum qui se docere profitentur. Deserunt enim suum iudicium adhibere et habent ratum quod ab eo quod probat iudicatum vident.**<sup>6</sup>

1. Nam is est maxime docilis, qui attentissime est paratus audire.

Cicero, *De inuentione*, 1.16.23 (E. Stroebel ed., p.21).

2. Dociles auditores habere poterimus, si summam causae breuiter exponemus et si attentos eos faciemus; nam docilis est, qui attente uult audire.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 1.4.7 (F. Marx ed., p.5).

3. Naturalis est ea, quae nostris animis insita est et simul cum cogitatione nata; artificiosa est ea, quam confirmat inductio quaedam et ratio praeceptionis, sed qua uia in ceteris rebus ingenii bonitas imitatur saepe doctrinam, ars porro naturae commoda confirmat et auget, item fit in hac re, ut nonnumquam naturalis memoria, si cui data est egregia, similis sit huic artificiosae, porro haec artificiosa naturae commoda retineat et amplificet ratione doctrinae; quapropter <et> naturalis memoria praeceptione confirmanda est, ut sit egregia, et haec, quae doctrina datur, indiget ingenii.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 3.16.28-29 (F. Marx ed., p.95).

4. Hoc loco ne qua sit admiratio, si tot tantarumque rerum nulla a me praecepta ponentur, sic statuo: ut in ceteris artibus, cum tradita sint cuiusque artis difficillima, reliqua, quia aut faciliora aut similia sunt, tradi non necesse esse; ut in pictura, qui hominum speciem pingere perdidicerit, posse eum cuiusvis vel formae vel aetatis, etiam si non didicerit, pingere neque esse periculum, qui leonem aut taurum pingat egregie, ne idem in multis aliis quadrupedibus facere non possit – neque est omnino ars ulla in qua omnia, quae illa arte effici possint a doctore tradantur, sed qui primarum et certarum rerum genera ipsa didicerunt reliqua per se adsequuntur – similiter arbitror in hac sive ratione sive exercitatione dicendi, qui illam vim adeptus sit, ut eorum mentes, qui aut de re publica aut de ipsius rebus aut de iis, contra quos aut pro quibus dicat, cum aliqua statuendi potestate audiant, ad suum arbitrium movere possit, illum de toto illo genere reliquarum orationum non plus quaesitum esse quid dicat, quam Polyclitum illum, cum Herculem fingeat, quem ad modum pellem aut hydram fingeret, etiam haec numquam separatim facere didicisset.

Cicero, *De oratore*, 2.69-70 (K. Kumaniecki ed., p.131).

5. Enitar equidem, sed intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si unum aliquid effugerit.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 4.5.10 (M. Pohlenz ed., p.366).

6. Quin etiam obest plerumque iis qui discere volunt auctoritas eorum qui se docere profitentur; desinunt enim suum iudicium adhibere, id habent ratum quod ab eo quem probant iudicatum vident.

Cicero, *De natura deorum*, 1.10 (W. Ax ed., p.5).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 9: De studio discipline et continuatione eius (fol.70rb):

Tullius rethoricorum artis veteris libro i. capitulo 12. **Studium est animi assidua et vehemens ad aliquam rem applicitam magna cum voluntate occupatio.**<sup>1</sup> Idem de oratore libro 2. **Semper statui neminem sapientie laudem et eloquentie sine summo studio et labore et doctrina consequi posse.**<sup>2</sup> Libro 3. et finali. **Non est tanta in rebus obscuritas vt eam non penitus acri vir ingenio cernat si modo aspexerit.**<sup>3</sup>

1. Studium est autem animi assidua et vehementer ad aliquam rem adplicata magna cum voluptate occupatio, ut philosophiae, poeticae, geometricae, litterarum.

Cicero, *De inuentione*, 1.25.36 (E. Stroebel ed., p.33).

2. Neque eo minus eloquentiam tuam et multo magis virtutem et diligentiam admiror, et simul gaudeo iudicium animi mei comprobari, quod semper statui neminem sapientiae laudem et eloquentiae sine summo studio et labore et doctrina consequi posse.

Cicero, *De oratore*, 2.69-70 (K. Kumaniecki ed., p.131).

3. Nam neque tam est acris acies in naturis hominum et ingeniis, ut res tantas quisquam nisi monstratas possit videre, neque tanta tamen in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri vir ingenio cernat, si modo aspexerit.

Cicero, *De oratore*, 3.124 (K. Kumaniecki ed., p.309).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 10: De inuestigatione seu indagazione et inuenditione (fol.70vb):

Tullius de oratore libro 3. et finali. **Non est tanta in rebus obscuritas vt eam non penitus acer vir ingenio cernat: si modo aspexerit.**<sup>1</sup> Idem in ortensio circa fine. **Indagatio rerum tum maximarum tum etiam occultissimarum habet oblectationem.**<sup>2</sup>

1. Nam neque tam est acris acies in naturis hominum et ingeniis, ut res tantas quisquam nisi monstratas possit videre, neque tanta tamen in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri vir ingenio cernat, si modo aspexerit.

Cicero, *De oratore*, 3.124 (K. Kumaniecki ed., p.309).

2. Indagatio ipsa rerum cum maximarum tum etiam occultissimarum habet oblectationem; si vero aliquid occurrit quod veri simile videatur, humanissima completur animus voluptate.

Cicero, *Academica priora*, 127 (O. Plasberg ed., p.91).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 1: De vtilitate seu proficuo (fol.71rb):

Tullius de officiis libro i. capitulo 53. **Omnis actio vacare debet temeritate et negligentia: nec vero agere aliquid cuius non possit causam probabilem reddere.**<sup>1</sup> Libro 2. capitulo 20. **Omnes expetimus vtilitatem ad eamque rapimur: nec facere aliter vilo modo possumus. Nam quis est qui vtilia fugiat: aut quis est qui non eam studiosissime prosequatur.**<sup>2</sup> Idem rethoricorum artis veteris Libro 2. capitulo 11. **Utilitatis due partes esse videntur: incolumitas et potentia.**<sup>3</sup> Idem de oratore libro 2. **Nemo praesertim est in clara ciuitate quin putet expetendam maxime dignitatem: sed vincit vtilitas plerumque: cum subest ille timor: ea neglecta ne dignitatem quidem posse retineri.**<sup>4</sup>

1. Omnis autem actio uacare debet temeritate et negligentia nec uero agere quicquam cuius non possit causam probabilem reddere haec est enim fere descriptio officii.

Cicero, *De officiis*, 1.29.101 (C. Atzert ed., p.34).

2. Omnes enim expetimus utilitatem ad eamque rapimur nec facere aliter ullo modo possumus. Nam quis est qui utilia fugiat. Aut quis potius qui ea non studiosissime persequatur.

Cicero, *De officiis*, 3.28.101 (C. Atzert ed., p.116).

3. Quare utilitatis duae partes videntur esse, incolumitas et potentia.

Cicero, *De inuentione*, 2.56.169 (E. Stroebel ed., p.151).

4. Nemo est enim, praesertim in tam clara civitate, quin putet expetendam maxime dignitatem; sed vincit utilitas plerumque, cum subest ille timor, ea neglecta ne dignitatem quidem posse retineri.

Cicero, *De oratore*, 2.334 (K. Kumaniecki ed., p.247).



Pars 3, Liber 4, Rubrica 5: De artibus et artificiis (fol.72ra):

Tullius rethoricorum artis veteris libro 3. capitulo 9. **Ars porro nature commoda confirmat et auget.**

Naturalis est ea, quae nostris animis insita est et simul cum cogitatione nata; artificiosa est ea, quam confirmat inductio quaedam et ratio praeceptionis, sed qua uia in ceteris rebus ingenii bonitas imitatur saepe doctrinam, ars porro naturae commoda confirmat et auget, item fit in hac re, ut nonnumquam naturalis memoria, si cui data est egregia, similis sit huic artificiosae, porro haec artificiosa naturae commoda retineat et amplificet ratione doctrinae; quapropter <et> naturalis memoria praeceptione confirmanda est, ut sit egregia, et haec, quae doctrina datur, indiget ingenii.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 3.16.28-29 (F. Marx ed., p.95).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 6: De exercitio et vsu exercitii (fol.72rb-va):

Tullius rethoricorum artis noue libro 3. capitulo 12. **Principia ab ingenio profecta sunt: et exercitiis disciplina comparatur.**<sup>1</sup> 13. capitulo et finali. **In omni disciplina infirma est artis perceptio sine assiduitate exercitationis.**<sup>2</sup>

1. Nihil est enim, quod aut natura extremum inuenerit aut doctrina primum; sed rerum principia ab ingenio profecta sunt, exitus disciplina comparantur.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 3.22.36 (F. Marx ed., pp.101-2).

2. Sed cum in omni disciplina infirma est artis praeceptio sine summa assiduitate exercitationis, tum uero in nemonicis minimum ualet doctrina, nisi industria, studio labore, diligentia conprobatur.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 3.24.40 (F. Marx ed., p.104).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 7: De cura et intentione animi et negligentia (fol.72vb):

Tullius de officiis libro 1. capitulo 13. **Difficilis est cura rerum alienarum.**<sup>1</sup> Idem tusculanarum questionarum libro 2. **Animus intentione depellit presumptione ponderum. remissione autem sic vrgetur: vt se nequeat extollere.**<sup>2</sup>

1. Est enim difficilis cura rerum alienarum quamquam Terentianus ille Chremes humani nihil a se alienum putat sed tamen quia magis ea percipimus atque sentimus quae nobis ipsis aut prospera aut aduersa eueniunt quam illa quae ceteris quae quasi longo interuallo interiecto uidemus aliter de illis ac de nobis iudicamus.

Cicero, *De officiis*, 1.9.30 (C. Atzert ed., p.11).

2. Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt, simillime animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.23.54 (M. Pohlenz ed., p.309).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 2: De temperantia locutionis et oportuno sermone (fol.75rb):

Tullius de oratore libro i. **Ipsum dicere nunquam est non ineptum nisi cum est necessarium.**

Nam quid est ineptius quam de dicendo dicere, cum ipsum dicere numquam sit non ineptum, nisi cum est necessarium?

Cicero, *De oratore*, 1.112 (K. Kumaniecki ed., p.43).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 7: De circumspectione prolocutionis aliene malignitatis (fol.76va):

Tullius in inuectiua in salustium. **Sepe vidi grauius offendere animos auditorum eos qui aliena flagitia apte dixerunt quam eos qui commiserunt.**

Finem dicendi faciam patres conscripti saepe enim vidi grauius offendere animos auditorum eos qui aliena flagitia aperte dixerunt quam eos qui commiserunt mihi quidem ratio habenda est non quae sallustius merito debeat audire sed ut ea dicam si qua ego honeste effari possim.

Pseudo-Cicero, *Inuectiua in C. Sallustium Crispum*, 8.22 (A. Kurfess ed., p.21).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 1: De rethorica et poetria et eloquentia facundia: oratione et oratore atque poeta (fol.78vb-79rb):

Tullius rethoricorum artis veteris libro i. in prohemio: **Me quidem diu cogitantem ratio ipsa in hanc potissimum sententiam ducit vt estimem sapientiam sine eloquentia parum prodesse ciuitatibus: eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumque: prodesse nunquam. Si quis omissis rectissimis atque honestissimis studiis rationis et officii consumit omnem operam in exercitatione dicendi: is inutilis sibi perniciosus patrie ciuis alitur.**<sup>1</sup> Idem de oratore libro i. **Quid tam iocundum cogitatu atque auditu quam sapientibus sententiis grauibusque verbis ornata oratio et polita.**<sup>2</sup> **Quid potest esse in oratore: aut iocundius aut magis proprium humanitatis quam sermo facetus ac nulla in re rudis.**<sup>3</sup> **Hoc proprium oratoris est oratio grauis et ornata et hominum sensibus ac mentibus accommodata.**<sup>4</sup> **Is orator erit mea sententia hoc tam graui dignus nomine qui quecunque inciderint: que sint dictione explicanda prudenter et composite et ornate et memoriter docet: cum quadam actionis dignitate etiam**<sup>5</sup> **finitimus est oratori poeta: numerus astrictior paulo: verborum autem licentia liberior: multis vero ornandi generibus socius ac pene par.**<sup>6</sup> **Sunt quidam aut ita lingua hesitantes aut ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes: vt etiam si ingeniis atque arte valeant: tamen in oratorum numero venire non possunt. Sunt autem quidam ita in iisdem rebus habiles ita nature muneribus ornati vt non nati: sed ab aliquo deo electi esse videantur. Magnum est quiddam onus atque munus suscipere atque profiteri se esse omnibus silentibus vnum maximis de rebus magno in conuentu hominum audientium. Adest enim fere nemo quando acutius atque acrius vitia indicet quam recta videat.**<sup>7</sup> **Ut quisque optime dicit: ita maxime dicendi difficultatem variosque euentus orationis expectatione hominum pertimescit. Qui vero nihil potest dignum re dignum nomine orationis: dignum hominum auribus efficere atque edere. Is mihi etiam si commouetur in dicendo: tamen impudens videtur.**<sup>8</sup> **Quotiens dicimus: totiens de nobis iudicatur. Permulta sunt que nisi orator a natura habere non multum a magistro adiuuaretur.**<sup>9</sup> **Libro 2. Oratoris omnis actio opinionibus non scientia continetur.**<sup>10</sup> **Nihil est perfecto oratore preclarius.**<sup>11</sup> **Multo turpius est oratori nocuisse cause quam non profuisse.**<sup>12</sup> **Habet multitudo vim quandam talem: vt quemadmodum tibicen sine tibiis canere: sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non possit.**<sup>13</sup> **Libro 3. Nihil est tam tenerum: neque tam flexibile: neque quod tam facile sequatur quocumque ducas quam oratio.**<sup>14</sup> **Is est eloquens qui et humilia subtiliter et alta grauiter et mediocria temperate potest dicere. Is erit eloquens qui poterit parua submissee modica temperate magna grauiter dicere.**<sup>15</sup> **Hec sapientia maxime adhibenda eloquenti est: vt sit temporum personarumque moderator: nam nec semper apud omnes eodem modo dicendum arbitror.**<sup>16</sup> **Prudentia hominibus grata est lingua suspecta.**<sup>17</sup> **Uersus ratione non est cognitus: sed natura atque sensu que dimensuratio docuit quid acciderit. Ita notatio nature et animaduersio peperit artem.**<sup>18</sup>

1. Ac me quidem diu cogitantem ratio ipsa in hanc potissimum sententiam ducit, ut existimem sapientiam sine eloquentia parum prodesse ciuitatibus, eloquentiam vero sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam. Quare si quis omissis rectissimis atque honestissimis studiis rationis et officii consumit omnem operam in exercitatione dicendi, is inutilis sibi, perniciosus patrie ciuis alitur; qui vero ita sese armat eloquentia, ut non oppugnare commoda patrie, sed pro his propugnare possit, is mihi vir et suis et publicis rationibus utilissimus atque amicissimus ciuis fore videtur.

Cicero, *De inuentione*, 1.1.1 (E. Stroebel ed., pp.1-2).

2. Aut tam iucundum cognitu atque auditu quam sapientibus sententiis grauibusque verbis ornata oratio et polita?

Cicero, *De oratore*, 1.31 (K. Kumaniecki ed., p.13).

3. Age vero ne semper forum subsellia rostra curiam que meditere, quid esse potest in otio aut iucundius aut magis proprium humanitatis quam sermo facetus ac nulla in re rudis?

Cicero, *De oratore*, 1.32 (K. Kumaniecki ed., p.14).

4. Atqui totus hic locus philosophorum proprius videtur, neque orator me auctore umquam repugnabit; sed cum illis cognitionem rerum concesserit, quod in ea solum illi voluerint elaborare, tractationem orationis, quae sine illa scientia nulla est, sibi adsumet; hoc enim est proprium oratoris quod saepe iam dixi: oratio gravis et ornata et hominum sensibus ac mentibus accommodata.

Cicero, *De oratore*, 1.54 (K. Kumaniecki ed., p.22).

5. Quam ob rem si quis universam et propriam oratoris vim definire complecti que volt, is orator erit mea sententia hoc tam gravi dignus nomine, qui quaecumque res inciderit quae sit dictione explicanda prudenter et compositae et ornatae et memoriter dicet cum quadam actionis etiam dignitate.

Cicero, *De oratore*, 1.64 (K. Kumaniecki ed., p.26).

6. Est enim finitimus oratori poeta, numeris adstrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius ac paene par; in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat aut definiat ius suum, quo minus ei liceat eadem illa facultate et copia vagari qua velit.

Cicero, *De oratore*, 1.70 (K. Kumaniecki ed., p.28).

7. Neque haec ita dico ut ars aliquos limare non possit – neque enim ignoro et quae bona sint fieri meliora posse doctrina et quae non optima aliquo modo acui tamen et corrigi posse – sed sunt quidam aut ita lingua haesitantes aut ita voce absoni aut ita voltu motuque corporis vasti atque agrestes, ut etiamsi ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint. Sunt autem quidam ita in isdem rebus habiles, ita naturae muneribus ornati, ut non nati, sed ab aliquo deo ficti esse videantur. Magnum quoddam est onus atque munus suscipere atque profiteri se esse omnibus silentibus unum maximis de rebus magno in conventu hominum audiendum. Adest enim nemo fere quin acutius atque acrius vitia in dicente quam recta videat.

Cicero, *De oratore*, 1.115-116 (K. Kumaniecki ed., pp.44-5).

8. Ut enim quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem variosque eventus orationis expectationemque hominum pertimescit. Qui vero nihil potest dignum re, dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficere atque edere, is mihi, etiamsi commovetur in dicendo, tamen impudens videtur.

Cicero, *De oratore*, 1.120 (K. Kumaniecki ed., p.46).

9. Quotiens enim dicimus, totiens de nobis iudicatur; et qui semel in gestu peccavit, non continuo existimatur nescire gestum; cuius in dicendo aliquid reprehensum est, aut aeterna in eo aut certe diuturna valet opinio tarditatis. Illud vero quod a te dictum est esse permulta, quae orator a natura nisi haberet, non multum a magistro adiuveretur, valde tibi adsentior inque eo vel maxime probavi summum illum doctorem Alabandensem Apollonium, qui cum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non posse oratores evadere, operam apud sese perdere dimittebatque et ad quam quemque artem putabat esse aptum, ad eam impellere atque hortari solebat.

Cicero, *De oratore*, 1.125-126 (K. Kumaniecki ed., pp.48-9).

10. Ars enim earum rerum est quae sciuntur; oratoris autem omnis actio opinionibus non scientia continetur.

Cicero, *De oratore*, 2.30 (K. Kumaniecki ed., p.115).

11. Sed de me videro; nunc hoc propono, quod mihi persuasi, quamvis ars non sit, tamen nihil esse perfecto oratore praeclarius.

Cicero, *De oratore*, 2.33 (K. Kumaniecki ed., p.116).

12. Alterum est illud, quod ego maxime oratori cavendum et providendum puto quodque me sollicitare summe solet: non tam ut prosim causis elaborare soleo, quam ut ne quid obsim; non quin enitendum sit in utroque, sed tamen multo est turpius oratori nocuisse videri causae quam non profuisse.

Cicero, *De oratore*, 2.295 (K. Kumaniecki ed., p.230).

13. Habet enim multitudo vim quandam talem, ut, quem ad modum tibicen sine tibiis canere, sic orator nisi multitudine audiente eloquens esse non possit.

Cicero, *De oratore*, 2.338 (K. Kumaniecki ed., p.248).

14. Nihil est enim tam tenerum neque tam flexibile neque quod tam facile sequatur quocumque ducas quam oratio.

Cicero, *De oratore*, 3.176 (K. Kumaniecki ed., p.336).

15. Is est enim eloquens qui et humilia subtiliter et alta graviter et mediocria temperate potest dicere. Nemo is, inquires, unquam fuit. Ne fuerit. Ego enim quid desiderem, non quid viderim disputo redeoque ad illam Platonis de qua dixeram rei formam et speciem, quam etsi non cernimus tamen animo tenere possumus. Non enim eloquentem quaero neque quicquam mortale et caducum sed illud ipsum, cuius qui sit compos, sit eloquens; quod nihil est aliud nisi eloquentia ipsa quam nullis nisi mentis oculis videre possumus. Is erit igitur eloquens, ut idem illud iteremus, qui poterit parva summis, modica temperate, magna graviter dicere.

Cicero, *Orator*, 100-101 (P. Reis ed., p.34).

16. Haec enim sapientia maxime adhibenda eloquenti est, ut sit temporum personarumque moderator. Nam nec semper nec apud omnis nec contra omnis nec pro omnibus nec omnibus eodem modo dicendum arbitror.

Cicero, *Orator*, 123 (P. Reis ed., p.43).

17. Propterea quod prudentia hominibus grata est, lingua suspecta.

Cicero, *Orator*, 145 (P. Reis ed., p.51).

18. Neque enim ipse versus ratione est cognitus, sed natura atque sensu, quem dimensa ratio docuit quid acciderit. Ita notatio naturae et animadversio peperit artem.

Cicero, *Orator*, 183 (P. Reis ed., p.70).



Pars 3, Liber 6, Rubrica 2: De potentia et effectu eloquentie (fol.79va-vb):

Tullius rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 7. **Quemadmodum res obscure dicendo aptiores fiunt sic res aperte obscuriores eidem.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis noue libro i. capitulo i. **Non in se parum fructus habet copia dicendi et commoditas orationis: si recta intelligentia et definita animi moderatione gubernetur.**<sup>2</sup> Idem de oratore libro i. **Non quicquam mihi prestabilius videtur quam in dicendo tenere hominum mentes posse allicere voluntates impellere: quo velit deducere. Hec vna res in omni libero populo maxime in populo romano tranquillisque ciuitatibus precipue semper floruit: semperque dominata est.**<sup>3</sup> **Quis nescit maximam vim existere oratoris in hominum mentibus vel ad iram vel ad odium: aut dolorem incitandis vel ab hisce iisdem permotionibus ad leuitatem misericordiam reuocandis.**<sup>4</sup> Libro 2. **Usus dicendi in omni pacata et libera ciuitate dominatur.**<sup>5</sup> **Quid admirabilius quam res splendore illustrata verborum.**<sup>6</sup> **Tantam vim habet illa que recte a bono poeta dicta est vox atque nimirum omnium regina rerum oratio: vt non modo inclinantem excipere aut stantem inclinare: sed etiam aduersantem atque repugnantem vt imperator fortis ac bonus capere possit.**<sup>7</sup> Idem paradoxorum in prohemio: **Nihil est tam horridum tam incultum quod non splendet oratione et tanquam excolatur.**<sup>8</sup> Idem tusculanarum questionum libro 2. **Effectus eloquentie est audientium approbatio.**<sup>9</sup>

1. Atque unius cuiusque constitutionis exemplum subponere non gravemur, nisi illud videremus, quemadmodum res obscurae dicendo fierent apertiores, sic res apertas obscuriores fieri oratione.

Cicero, *De inuentione*, 2.52.156 (E. Stroebel ed., p.146).

2. Et eo studiosius hoc negotium suscepimus, quod te non sine causa uelle cognoscere rhetoricam intellegebamus: non enim in se parum fructus habet copia dicendi et commoditas orationis, si recta intelligentia et definita animi moderatione gubernetur.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 1.1.1 (F. Marx ed., p.1).

3. Qui cum ita esset exorsus non sibi cohortandum Sulpicium et Cottam sed magis utrumque conlaudandum videri, quod tantam iam essent facultatem adepti, ut non aequalibus suis solum anteponerentur sed cum maioribus natu compararentur ‘neque vero mihi quicquam’ inquit ‘praestabilius videtur quam posse dicendo tenere hominum mentis, adlicere voluntates, impellere quo velit, unde autem velit deducere. Haec una res in omni libero populo maximeque in pacatis tranquillisque ciuitatibus praeipue semper floruit semperque dominata est....’

Cicero, *De oratore*, 1.30 (K. Kumaniecki ed., p.13).

4. Quis enim nescit maxime vim existere oratoris in hominum mentibus vel ad iram aut ad odium aut dolorem incitandis vel ab hisce isdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque reuocandis?

Cicero, *De oratore*, 1.53 (K. Kumaniecki ed., p.22).

5. Nam ut usum dicendi omittam, qui in omni pacata et libera ciuitate dominatur, tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus aut mentibus iucundius percipi possit.

Cicero, *De oratore*, 2.33 (K. Kumaniecki ed., p.117).

6. Quid admirabilius quam res splendore inlustrata verborum?

Cicero, *De oratore*, 2.34 (K. Kumaniecki ed., p.117).

7. Sed tantam vim habet illa, quae recte a bono poeta dicta est ‘flexanima atque omnium regina rerum oratio’ ut non modo inclinatem excipere aut stantem inclinare, sed etiam adversantem ac repugnantem, ut imperator fortis ac bonus, capere possit.

Cicero, *De oratore*, 2.187 (K. Kumaniecki ed., p.180).

8. Sed nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile, nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione et tamquam excolatur.

Cicero, *Paradoxa Stoicorum*, prooem.3 (C.F.W. Müller ed., p.198).

9. Etenim si orationes, quas nos multitudinis iudicio probari volebamus (popularis est enim illa facultas, et effectus eloquentiae est audientium adprobatio) sed si reperiebantur non nulli, qui nihil laudarent nisi quod se imitari posse confiderent, quemque sperandi sibi, eundem bene dicendi finem proponerent, et cum obruerentur copia sententiarum atque verborum, ieiunitatem et famem se malle quam ubertatem et copiam dicerent, unde erat exortum genus Atticorum is ipsis, qui id sequi se profitebantur, ignotum, qui iam conticuerunt paene ab ipso foro inrasi: quid futurum putamus, cum adiutore populo, quo utebamur antea, nunc minime nos uti posse videamus.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.1.3 (M. Pohlenz ed., p.281).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 3: De necessariis cogitationi oratoris (fol.80ra-rb):

Tullius rethoricorum artis noue libro i. capitulo i. **Ars sine assiduitate dicendi non iuuat multum.**<sup>1</sup> Idem de oratore libro 2. **Nemo potest de ea re quam non nouit non turpissime dicere.**<sup>2</sup> **Si mihi quamuis eruditum hominem adduxeris quamuis et acutum in cogitando quamuis pronuntiando expeditum: si erit idem in consuetudine ciuitatis in exemplis in institutis in moribus ac voluntatibus ciuium suorum hospes: non multum ei loci proderunt ex quibus illi argumenta promuntur.**<sup>3</sup> **Hec adiuuant in oratore: lenitas vocis pudoris vultus: significatio verborum. comitas. si quid persequatur acrius vt inuitus et coactus facere videatur.**<sup>4</sup> **Ad consilium de re publica dandum caput est noscere mores: ad dicendum vero probabiliter nosce mores ciuitatis: quia crebro mutantur.**<sup>5</sup> **Quid est turpius quam legitimarum et ciuilium controuersiarum patrocina suscipere cum sis legum et ciuilis iuris ignarus.**<sup>6</sup>

1. Nunc, ne nimium longa sumatur oratio, de re dicere incipiemus, [sed] si te unum illud monuerimus, artem sine assiduitate dicendi non multum iuuare, ut intellegas hanc rationem praeceptionis ad exercitationem adcommodari oportere.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 1.1.1 (F. Marx ed., pp.1-2).

2. In quo est illa quidem magna offensio vel negligentiae susceptis rebus, vel perfidiae receptis; sed etiam illa maior opinione, quod nemo potest de ea re, quam non novit, non turpissime dicere.

Cicero, *De oratore*, 2.101 (K. Kumaniecki ed., p.145).

3. Nam si tu mihi quamvis eruditum hominem adduxeris, quamvis acrem et acutum in cogitando, quamvis ad pronuntiandum expeditum, si erit idem in consuetudine civitatis, in exemplis, in institutis, in moribus ac voluntatibus civium suorum hospes, non multum ei loci proderunt illi, ex quibus argumenta promuntur.

Cicero, *De oratore*, 2.131 (K. Kumaniecki ed., p.156).

4. Sed haec adiuvat in oratore lenitas vocis, vultus pudoris significatio, verborum comitas; si quid persequere acrius, ut inuitus et coactus facere videare.

Cicero, *De oratore*, 2.182 (K. Kumaniecki ed., p.177).

5. Ad consilium autem de re publica dandum caput est nosse rem publicam; ad dicendum vero probabiliter nosse mores civitatis; qui quia crebro mutantur, genus quoque orationis est saepe mutandum.

Cicero, *De oratore*, 2.337 (K. Kumaniecki ed., p.248).

6. Quid est enim turpius quam legitimarum et civilium controversiarum patrocina suscipere, cum sis legum et civilis iuris ignarus?

Cicero, *Orator*, 120 (P. Reis ed., p.41).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 4: De exordio et partibus eius (fol.80rb-va):

Tullius rethoricorum artis veteris libro i. capitulo 9. **Exordium est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem. Quod euenit. si eum beniuolum attentum docilem confecerit.**<sup>1</sup> **Insinuatio est oratio quadam dissimulatione et circuitione obscura subiens auditoris animum.**<sup>2</sup> **In inuidiam ducentur aduersarii: si eorum potentia diuitie cognatio pecunie proferentur: atque eorum vsus arrogans et intolerabilis: vt his rebus magis videantur quam cause sue confidere. Ab auditorum persona beniuolentia captatur. Si res ab his fortiter sapienter mansuete geste proferuntur: vt nequa assentatio nimia significetur. si de his quam honesta existimatio quantaque eorum iudicii et auctoritatis expectatio sit ostendatur. Attentos faciemus: si demonstrabimus ea que dicturi erimus magna noua incredibilia esse: aut ad omnes: aut ad eos qui audiunt: aut ad aliquos illustres homines: aut ad deos immortales aut a summa rei publice attinere. Et si pollicemur nos breuiter causam naturam demonstraturos: dociles auditores faciemus: si apte et breuiter summam cause exponemus. Cum docilem velis facere simul attentum facias oportet: nam inest maxime docilis qui attentissime est paratus audire. Insinuatione vtendum est cum auditoris animus infestus est. Id autem tribus ex causis fit: maxime: si aut inest in ipsa causa quedam turpitude: aut ab his qui ante dixerunt iam quiddam persuasum videtur: aut eo tempore locus dicendi datur cum iam illi quos audire oportet defessi sunt audiendo. Si causa est turpitude contrahit offensionem: aut pro eo homine in quo offenditur: alium hominem qui diligitur interponi oportet: aut pro re in qua offenditur aliam rem que probatur: aut pro re hominem: aut pro homine rem: aut ab eo quod odit ad id quod diligit auditoris animus traducatur et dissimulare te id defensurum quod existimeris defensurus. Deinde cum iam mitior factus erit auditor. ingredi pedetentim in defensionem: et dicere ea que indigent aduersarii tibi quoque indigna videri. deinde cum lenieris eum qui audiet demonstrare nihil horum ad te pertinere: et negare te quicquam de aduersariis esse dicturum neque illud neque hoc: vt neque aperte ledas eos qui diliguntur: et tamen id obscure faciens quoad possis alienos ab his auditorum voluntatem: et aliquorum iudicium simili de re: aut auctoritatem proferre imitationem dignam. Deinde eadem aut similem aut maiorem agi rem in presentia demonstrari.**<sup>3</sup> **Animus defensus audiendo aut admiratione integratur aut risu nouatur.**<sup>4</sup> Idem rethoricorum artis noue libro i. capitulo 2. **Exordium est principium orationis per quod animus auditoris vel iudicis constituitur vel apparatus ad audiendum.**<sup>5</sup> 4. capitulo. **Attentos habebimus si pollicetur nos de rebus magnis nouis inusitatis verba facturos: aut de his que ad rem publicam pertineant: aut ad eos ipsos qui audient: aut de deorum immortalium religione. Et si rogabimus vt attente audiant. Et si numero exponemus rebus de quibus dicturi sumus.**<sup>6</sup> **In exordienda causa seruandum est vt leuis sit sermo: et vsitata verborum consuetudo vt non apparata videatur oratio esse.**<sup>7</sup> Idem de oratore libro 2. **Hec adiuuant in oratore: lenitas vocis: pudoris vultus significatio verborum: comitas. siquid persequatur acrius vt inuitus et coactus facere videatur.**<sup>8</sup>

1. Exordium est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem: quod eueniet, si eum beniuolum, attentum, docilem confecerit.

Cicero, *De inuentione*, 1.15.20 (E. Stroebel ed., p.18).

2. Insinuatio est oratio quadam dissimulatione et circumitione obscure subiens auditoris animum.

Cicero, *De inuentione*, 1.15.20 (E. Stroebel ed., p.19).

3. In odium ducentur, si quod eorum spurce, superbe, crudeliter, malitiose factum proferetur; in inuidiam, si vis eorum, potentia, diuitiae, cognatio [pecuniae] proferentur atque eorum usus arrogans et intolerabilis, ut his rebus magis videantur quam causae suae confidere; in contemptionem adducentur, si eorum inertia, negligentia, ignavia, desidiosum studium et luxuriosum otium proferetur. Ab auditorum persona beniuolentia

captabitur, si res ab iis fortiter, sapienter, mansuete gestae proferentur, ut ne qua assentatio nimia significetur, si de iis quam honesta existimatio quantaque eorum iudicii et auctoritatis exspectatio sit ostendatur; ab rebus, si nostram causam laudando extollemus, adversariorum causam per contemptionem deprimemus. Attentos autem faciemus, si demonstrabimus ea, quae dicturi erimus, magna, nova, incredibilia esse, aut ad omnes aut ad eos, qui audient, aut ad aliquos inlustres homines aut ad deos immortales aut ad summam rem publicam pertinere; et si pollicebimur nos brevi nostram causam demonstraturos atque exponemus iudicationem aut iudicationes, si plures erunt. Dociles auditores faciemus, si aperte et breviter summam causae exponemus, hoc est, in quo consistat controversia. Nam et, cum docilem velis facere, simul attentum facias oportet. Nam is est maxime docilis, qui attentissime est paratus audire. Nunc insinuationes quemadmodum tractari conveniat, deinceps dicendum videtur. Insinuatione igitur utendum est, cum admirabile genus causae est, hoc est, ut ante diximus, cum animus auditoris infestus est. Id autem tribus ex causis fit maxime: si aut inest in ipsa causa quaedam turpitudine aut ab iis, qui ante dixerunt, iam quiddam auditori persuasum videtur aut eo tempore locus dicendi datur, cum iam illi, quos audire oportet, defessi sunt audiendo. Nam ex hac quoque re non minus quam ex primis duabus in oratore nonnumquam animus auditoris offenditur. Si causae turpitudine contrahit offensionem, aut pro eo homine, in quo offenditur, alium hominem, qui diligitur, interponi oportet; aut pro re, in qua offenditur, aliam rem, quae probatur; aut pro re hominem aut pro homine rem, ut ab eo, quod odit, ad id, quod diligit, auditoris animus traducatur; et dissimulare te id defensurum, quod existimeris; deinde, cum iam mitior factus erit auditor, ingredi pedetemptim in defensionem et dicere ea, quae indignentur adversarii, tibi quoque indigna videri; deinde, cum lenieris eum, qui audiet, demonstrare, nihil eorum ad te pertinere et negare quicquam de adversariis esse dicturum, neque hoc neque illud, ut neque aperte laedas eos, qui diliguntur, et tamen id obscure faciens, quoad possis, alienes ab eis auditorum voluntatem; et aliquorum iudicium simili de re aut auctoritatem proferre imitatione dignam; deinde eandem aut consimilem aut maiorem aut minorem agi rem in praesenti demonstrare.

Cicero, *De inuentione*, 1.16-17.22-24 (E. Stroebel ed., pp.20-2).

4. Nam, ut cibi satietas et fastidium aut subamara aliqua re relevatur aut dulci mitigatur, sic animus defessus audiendo aut admiratione integratur aut risu novatur.

Cicero, *De inuentione*, 1.17.25 (E. Stroebel ed., p.23).

5. Exordium est principium orationis, per quod animus auditoris constituitur ad audiendum.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 1.3.4 (F. Marx ed., p.3).

6. Attentos habebimus, si pollicebimur nos de rebus magnis, nouis, inusitatis uerba facturos aut de iis, quae ad rem publicam pertineant, aut ad eos ipsos, qui audient, aut ad deorum immortalium religionem; et si rogabimus, ut attente audiant; et si numero exponemus res, quibus de rebus dicturi sumus.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 1.4.7 (F. Marx ed., p.5).

7. Exordienda causa seruandum est, ut lenis sit sermo et usitata uerborum consuetudo, ut non adparata uideatur oratio esse.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 1.7.11 (F. Marx ed., p.9).

8. Sed haec adiuuat in oratore lenitas vocis, vultus pudoris significatio, verborum comitas; si quid persequere acrius, ut invitus et coactus facere videare.

Cicero, *De oratore*, 2.182 (K. Kumaniecki ed., p.177).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 5: De partibus rethorice orationis: uidelicet de prohemio: prologo: prefatione: narratione: conclusione et epilogo (fol.80vb):

Tullius de oratore libro 2. **Narratio obscura totam obcecat narrationem. Si nota res est nec dubium quod gestum sit narrare non oportet. Nec si aduersarius narrauit nisi refellemus.**<sup>1</sup> **Oportet vt edibus ac templis vestibula et aditus sic causis principia proportione rerum proponere. Itaque in paruis atque in frequentibus causis ab ipsa re est exordiri sepe commodius.**<sup>2</sup> Idem rethoricorum artis veteris libro i. capitulo 14. et finali. **Conclusio est exitus et determinatio totius orationis.**<sup>3</sup>

1. Apertam enim narrationem tam esse oportet quam cetera; sed hoc magis in hoc elaborandum est, quod et difficilius est non esse obscurum in re narranda quam aut in principio aut in argumentando aut in [purgando aut] perorando et maiore periculo haec pars orationis obscura est quam cetera, vel quia, si quo alio in loco est dictum quid obscurius, tantum id perit, quod ita dictum est, narratio obscura totam occaecat orationem, vel quod alia possis, semel si obscurius dixeris, dicere alio loco planius, narrationis unus est in causa locus. Erit autem perspicua narratio, si verbis usitatis, si ordine temporum conservato, si non interrupte narrabitur. Sed quando utendum sit aut non sit narratione, id est consilii. Neque enim si nota res est nec dubium quid gestum sit, narrare oportet, nec si aduersarius narrauit, nisi si refellemus.

Cicero, *De oratore*, 2.329-330 (K. Kumaniecki ed., pp.244-5).

2. Sed oportet, ut aedibus ac templis vestibula et aditus, sic causis principia pro portione rerum praeponere. Itaque in paruis atque infrequentibus causis ab ipsa re est exordiri saepe commodius.

Cicero, *De oratore*, 2.320 (K. Kumaniecki ed., p.240).

3. Conclusio est exitus et determinatio totius orationis.

Cicero, *De inuentione*, 1.52.98 (E. Stroebel ed., p.68).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 6: De argumentationibus et argumentis rethoricis et dispositione eorum (fol.81ra-rb):

Tullius rethoricorum artis veteris libro i. capitulo 10. **Fabula est in qua nec vere nec verisimiles res continentur. Hystoria est gesta res ab etatis nostre memoria remota. Argumentum est ficta res que tamen fieri potuit. Huiusmodi est apud Terentium.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis noue libro i. capitulo 5. **Fabula est que neque veras neque verisimiles continet res vt he que tragediis tradite sunt. Argumentum est ficta res: que tamen fieri potest velut argumentum comediarum.**<sup>2</sup> Libro 2. capitulo 6. **Infirma ratio est que videtur per rationem afferri: si idem dicit quod in expositione dictum est.**<sup>3</sup> Libro 3. capitulo 4. **Argumentationum dispositiones huiusmodi conuenit habere firmissimas argumentationes in primis et in postremis cause partibus collocare mediocres: et neque inutiles ad deducendum neque necessarias ad probandum: que si separatim ac singule dicantur infirme sunt: cum ceteris coniuncte firme et probabiles sint: interponi et medio collocari oportet. Nam et statim re narrata expectat animus auditoris ex qua re confirmari eam possit. Quapropter continuo firmam aliquam oportet inferre argumentationem. Et quoniam nuperrime dictum facile memorie commendatur vtile est cum dicere desinamus recentem aliquam relinquere in animis auditorum bene firmam argumentationem.**<sup>4</sup> Idem de oratore libro 2. **Eos reprehendo qui que minime firma sunt ea prima collocant. Res hec postulat vt eorum expectationi qui audiunt quam celerrime succurratur: cui si in initio satisfactum non sit multo plus in reliqua causa laborandum. Ut in oratore optimus quisque sit: in oratione firmissimum: quodque sit primum dum illud tamen in vtroque teneatur: vt ea que excellunt seruetur etiam ad perorandum si qua erunt mediocria. Principia dicendi semper eum accurata et acuta et instructa sententiis apta verbis: cum vero causarum: propria esse debent. Prima enim est quasi cognitio et commendatio orationis in principio: queque continuo eum qui audit permulcere atque allicere debet. Non est dubium quin exordium dicendi vehemens et pugnans non sepe esse debeat.**<sup>5</sup> **Illustriora sunt: tam que in principiis quam que in mediis causis dicuntur: aut arguendo: aut referendo.**<sup>6</sup> Libro 3. et finali. **Omnis translatio que quidem sumpta ratione est: ad sensus ipsos admouetur: maxime oculorum: qui est sensus accerrimus.**<sup>7</sup>

1. Fabula est, in qua nec verae nec veri similes res continentur, cuiusmodi est: ‘Angues ingentes alites, iuncti iugo –.’ Historia est gesta res, ab aetatis nostrae memoria remota; quod genus: ‘Appius indixit Carthaginensibus bellum.’ Argumentum est ficta res, quae tamen fieri potuit. Huiusmodi apud Terentium: ‘Nam is postquam excessit ex ephebis, [Sosia] –...’

Cicero, *De inuentione*, 1.19.27 (E. Stroebel ed., p.24).

2. Fabula est, quae neque ueras neque ueri similes continet res, ut eae sunt, quae tragoedis traditae sunt. Historia est gesta res, sed ab aetatis nostrae memoria remota. Argumentum est ficta res, quae tamen fieri potuit, uelut argumenta comoediarum.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 1.8.13 (F. Marx ed., p.10).

3. Item infirmum ratio est, cum uidetur pro ratione adferri, sed idem dici<t>, quod in expositione dictum est, hoc modo: ‘Magno malo est hominibus auaritia, idcirco quod homines magnis et multis incommodis conflictantur propter immensam pecuniae cupiditatem.’

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 2.24.37 (F. Marx ed., pp.56-7).

4. In confirmatione et confutatione argumentationum dispositiones huiusmodi conuenit habere: firmissimas argumentationes in primis et in postremis causae partibus conlocare; mediocris et neque inutiles ad dicendum neque necessarias ad probandum, quae, si separatim ac singulae dicantur, infirmae sint, cum ceteris coniunctae firmae et probabiles fiunt, interponi [in medio conlocari] oportet. Nam et s<tat>im re narrata expectat animus auditoris, sei qua re causa confirmari possit – quapropter continuo firmam aliquam oportet inferre argumentationem –: et, reliqua, quoniam nuperrime dictum facile memoriae mandatur, utile est, cum dicere desinamus, recentem aliquam relinquere in animis auditorum bene firmam argumentationem.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 3.10.18 (F. Marx ed., p.86).

5. Atque etiam in illo reprehendo eos qui, quae minime firma sunt, ea prima conlocant. Quo illos quoque errare arbitror qui, si quando – id quod mihi numquam placuit – pluris adhibent patronos, ut in quoque eorum minimum putant esse, ita eum primum volunt dicere. Res enim hoc postulat, ut eorum expectationi qui audiunt quam celerrime succurratur; cui si initio satisfactum non sit, multo plus sit in reliqua causa laborandum. Male enim se res habet, quae non statim, ut dici coepta est, melior fieri videtur. Ergo ut in oratore optimus quisque, sic in oratione firmissimum quodque sit primum; dum illud tamen in utroque teneatur, ut ea, quae excellent, seruentur etiam ad perorandum: si quae erunt mediocria – nam vitiosis nusquam esse oportet locum – in mediam turbam atque in gregem coicientur. Hisce omnibus rebus consideratis, tum denique id, quod primum est dicendum, postremum soleo cogitare, quo utar exordio. Nam si quando id primum invenire volui, nullum mihi occurrit nisi aut exile aut nugatorium aut volgare aut commune. Principia autem dicendi semper cum accurata et acuta et instructa sententiis, apta verbis, tum vero causarum propria esse debent. Prima est enim quasi cognitio et commendatio orationis in principio, quaeque continuo eum qui audit permulcere atque allicere debet. In quo admirari soleo non equidem istos, qui nullam huic rei operam dederunt, sed hominem in primis disertum atque eruditum, Philippum, qui ita solet surgere ad dicendum, ut quod primum verbum habiturus sit nesciat; et ait idem, cum brachium concalfecerit, tum se solere pugnare, neque attendit eos ipsos unde hoc simile ducat, primas illas hastas ita iactare leniter, ut et venustati vel maxime seruiant et reliquis viribus suis consulant. Nec est dubium quin exordium dicendi vehemens et pugnax non saepe esse debeat; sed si in ipso illo gladiatorio vitae certamine, quo ferro decernitur, tamen ante congressum multa fiunt, quae non ad volnus, sed ad speciem valere videantur, quanto hoc magis in oratione est spectandum, in qua non vis potius quam delectatio postulatur!

Cicero, *De oratore*, 2.313-317 (K. Kumaniecki ed., pp.237-9).

6. Inlustriora enim sunt, quae in principiis quam quae in mediis causis dicuntur aut arguendo aut refellendo.

Cicero, *De oratore*, 2.323 (K. Kumaniecki ed., p.241).

7. Id accidere credo vel quod ingeni specimen est quoddam transiire ante pedes posita et alia longe repetita sumere; vel quod is qui audit alio ducitur cogitatione neque tamen aberrat, quae maxima est delectatio; vel quod singulis verbis res ac totum simile conficitur; vel quod omnis translatio quae quidem sumpta ratione est, ad sensus ipsos admouetur, maxime oculorum, qui est sensus acerrimus.

Cicero, *De oratore*, 3.160 (K. Kumaniecki ed., p.325).



Pars 3, Liber 6, Rubrica 7: De locutione illatiua passionis animi et electis exemplis huiusmodi (fol.81va):

Tullius de oratore: libro 2. **Nihil est in dicendo maius quam ut faueat oratori is qui audiet vtque ipse sic moueatur vt impetu quodam animi et perturbatione magis quam iudicio aut consilio regatur.**<sup>1</sup> **Facilius est currentem incitare quam commoueri languentem.**<sup>2</sup> **Non fieri potest vt doleat is qui audit aut oderit: vt inuideat: vt pertimescat aliquid: vt affectet: in misericordiamque deducatur: nisi omnes illi motus quos orator adhibere vult iudici in ipso oratore impressi esse ac immixti videantur.**<sup>3</sup> **Non est facile perficere vt irascatur ei quo tu velis iudex si tu ipse id lente ferre videre: neque vt oderit eum quem tu velis: nisi teipsum flagitantem odio ante viderit: neque ad misericordiam adducetur: nisi tu ei signa doloris tui verbis voce vultu cum lachrymatione denique ostenderis. Ut nulla materies tam facilis ad exardendum est: que nisi admota igni ignem concipere possit: sic nulla mens est tam ad comprehendendum vim oratoris parata que possit incendi: nisi ipse inflammatus ad eam et ardens accesserit. Ipsa natura orationis eius que suscipitur ad aliorum animos promouendos oratorem ipsum magis etiam quam quemquam eorum qui audiunt promouet.**<sup>4</sup> Libro 3. et finali. **Nunquam is qui audiret intenderetur: nisi ardens ad eum perueniret oratio.**<sup>5</sup>

1. Nihil est enim in dicendo, Catule, maius quam ut faueat oratori is qui audiet, utique ipse sic moveatur, ut impetu quodam animi et perturbatione magis quam iudicio aut consilio regatur.

Cicero, *De oratore*, 2.178 (K. Kumaniecki ed., p.176).

2. Facilius est enim currentem, ut aiunt, incitare quam commovere languentem.

Cicero, *De oratore*, 2.186 (K. Kumaniecki ed., p.179).

3. Neque fieri potest ut doleat is qui audit, ut oderit, ut inuideat, ut pertimescat aliquid, ut ad fletum misericordiamque deducatur, nisi omnes illi motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipso oratore impressi esse atque inusti videbuntur.

Cicero, *De oratore*, 2.189 (K. Kumaniecki ed., p.181).

4. neque est enim facile perficere, ut irascatur ei cui tu velis iudex, si tu ipse id lente ferre videre; neque ut oderit eum quem tu velis, nisi te ipsum flagrantem odio ante viderit; neque ad misericordiam adducetur, nisi tu ei signa doloris tui verbis, sentiis, voce, vultu, conlachrymatione denique ostenderis. ut enim nulla materies tam facilis ad exardendum est, quae nisi admoto igni ignem concipere possit, sic nulla mens est tam ad comprehendendum vim oratoris parata, quae possit incendi, nisi ipse inflammatus ad eam et ardens accesserit. ac ne hoc forte magnum ac mirabile esse videatur, hominem totiens irasci, totiens dolere, totiens omni motu animi concitari, praesertim in rebus alienis, magna vis est earum sententiarum atque eorum locorum, quae agas tractesque dicendo, nihil ut opus sit simulatione et fallaciis. ipsa enim natura orationis eius, quae suscipitur ad aliorum animos permouendos, oratorem ipsum magis etiam, quam quemquam eorum, qui audiunt, permouet.

Cicero, *De oratore*, 2.190-191 (K. Kumaniecki ed., pp.181-2).

5. nullo enim modo animus audientis aut incitari aut leniri potest, qui modus a me non temptatus sit — dicerem perfectum, si ita iudicarem, nec in veritate crimen arrogantiae extimescerem; sed, ut supra dixi, nulla me ingenii sed magna vis animi inflamat, ut me ipse non teneam; nec unquam is qui audiret incenderetur, nisi ardens ad eum perueniret oratio.

Cicero, *Orator*, 132 (P. Reis ed., p.46, ll.1-8).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 8: De qualitate verborum observanda eloquenti (fol.81vb):

Tullius de oratore: libro i. **Hoc est proprium oratoris oratio grauis et ornata: et hominum sensibus ac mentibus accommodata.**<sup>1</sup> Libro 2. **Paruis in rebus adhibende non sunt dicendi faces. Plus proficit si ponetur spes vtilitatis future quam preteriti beneficii commemoratio.**<sup>2</sup> **Natura fingit homines et creat imitatores faceciarum: adiuuante et vultu et voce et ipso genere sermonis.**<sup>3</sup> **Utrumque assentior et multum facecias in dicendo prodesse: sepe et eas arte nullo modo tradi posse.**<sup>4</sup> **Hylaritas tibi beniuolentiam conciliat ei per quem excitata est. Hylaritas tristitiam ac seueritatem mitigat ac relaxat: odiosasque res sepe quas argumentis dilui non facile est ioco risuque dissolui.**<sup>5</sup> **Erit perspicua oratio: si verbis vsitatis si ordine tempore conseruato: si non interrupte narrabitur.**<sup>6</sup> Libro 3. et finali. **Persepe mihi admirandum videtur quid sit quod omnes translatis et alienis magis delectantur verbis quam propriis et suis.**<sup>7</sup> Idem rethoricorum artis noue: libro 5. capitulo 36. **Noui verbi assiduitas odium parit.**<sup>8</sup>

1. Atqui totus hic locus philosophorum proprius videtur, neque orator me auctore umquam repugnabit; sed cum illis cognitionem rerum concesserit, quod in ea solum illi voluerint elaborare, tractationem orationis, quae sine illa scientia nulla est, sibi adsumet; hoc enim est proprium oratoris quod saepe iam dixi: oratio grauis et ornata et hominum sensibus ac mentibus accommodata.

Cicero, *De oratore*, 1.54 (K. Kumaniecki ed., p.22).

2. Nam neque paruis in rebus adhibendae sunt hae dicendi faces neque ita animatis hominibus, ut nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere possimus, ne aut inrisione aut odio digni putemur, si aut tragoedias agamus in nugis aut convellere adoriamur ea, quae non possint commoveri. Iam quoniam haec fere maxime sunt in iudicum animis, aut quicumque illi erunt, apud quos agemus, oratione molienda, amor, odium, iracundia, invidia, misericordia, spes, laetitia, timor, molestia, sentimus amorem conciliari, si id iure videre quod sit utile ipsis apud quos agas defendere; aut si pro bonis viris aut certe pro iis, qui illis boni atque utiles sint, laborare. Namque haec res amorem magis conciliat, illa virtutis defensio caritatem; plusque proficit, si ponetur spes utilitatis futurae quam praeteriti beneficii commemoratio.

Cicero, *De oratore*, 2.205-206 (K. Kumaniecki ed., p.189-90).

3. Sed cum in illo genere perpetuae festiuitatis ars non desideretur – natura enim fingit homines et creat imitatores et narratores facetos adiuuante et vultu et voce et ipso genere sermonis – tum vero in hoc altero dicacitatis quid habet ars loci, cum ante illud facete dictum emissum haerere debeat, quam cogitari potuisse videatur.

Cicero, *De oratore*, 2.219 (K. Kumaniecki ed., p.196).

4. Quare tibi, Antoni, utrumque adsentior et multum facetias in dicendo prodesse saepe et eas arte nullo modo posse tradi.

Cicero, *De oratore*, 2.227 (K. Kumaniecki ed., p.201).

5. Est autem, ut ad illud tertium veniam, est plane oratoris movere risum, vel quod ipsa hilaritas benevolentiam conciliat ei, per quem excitata est, vel quod admirantur omnes acumen, uno saepe in verbo positum, maxime respondentis, non numquam etiam lacescentis, vel quod frangit adversarium, quod impedit, quod elevat, quod deterret, quod refutat, vel quod ipsum oratorem politum esse hominem significat, quod eruditum, quod urbanum, maximeque quod tristitiam ac seueritatem mitigat et relaxat odiosasque res saepe, quas argumentis dilui non facile est, ioco risuque dissolvit.

Cicero, *De oratore*, 2.236 (K. Kumaniecki ed., p.204).

6. Erit autem perspicua narratio, si verbis usitatis, si ordine temporum conservato, si non interrupte narrabitur.

Cicero, *De oratore*, 2.329 (K. Kumaniecki ed., p.244).

7. Atque hoc in genere persaepe mihi admirandum videtur quid sit, quod omnes translatis et alienis magis delectentur verbis quam propriis et suis.

Cicero, *De oratore*, 3.159 (K. Kumaniecki ed., p.325).

8. Hoc genere raro est utendum, sic ut <ne> noui uerbi adsiduitas odium pariat; sed si commode quis eo utatur et raro, non modo non offendet nouitate, sed etiam exornat orationem.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.31.42 (F. Marx ed., p.153).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 9: De iteratione sermonis vitanda. de multiplicatione verborum (fol.82ra-rb):

Tullius rethoricorum artis veteris libro i. capitulo 10. **Sepe res parum est intellecta longitudine magis quam obscuritate narrationis.**<sup>1</sup> 11. capitulo. **Breuitas orationis est cum nisi necessarium nullum assumitur verbum.**<sup>2</sup> 14. capitulo et finali. **Commotis animis diutius in conquestione morari non oportebit. Quemadmodum enim dixit Appolius rethorica. Lachryma nihil citius arescit.**<sup>3</sup> Idem rethoricorum artis noue libro i. capitulo 5. **Quo breuior eo lucidior et cognita facilior narratio est.**<sup>4</sup> Libro 2. capitulo 7. **Conniserationem breuem esse oportet: nihil enim lachryma citius arescit.**<sup>5</sup> Idem de iure ciuili et iustitia naturali: siue de legibus libro iii. **Breuitas magna laus est in sententia: nec est vnquam longa oratione vtendum.**<sup>6</sup>

1. Nam saepe res parum est intellecta longitudine magis quam obscuritate narrationis.

Cicero, *De inuentione*, 1.20.29 (E. Stroebel ed., p.26).

2. Breuitas est, cum nisi necessarium nullum assumitur verbum.

Cicero, *De inuentione*, 1.22.32 (E. Stroebel ed., p.29).

3. Commotis autem animis diutius in conquestione morari non oportebit. Quemadmodum enim dixit rhetor Apollonius, 'lachryma nihil citius arescit.'

Cicero, *De inuentione*, 1.56.109 (E. Stroebel ed., p.75).

4. Rem dilucide narrabimus, si ut quicquid primum gestum erit, ita primum exponemus et rerum ac temporum ordinem conseruabimus, ut gestae res erunt aut ut potuisse geri uidebuntur: hic erit considerandum, ne quid perturbate, <ne quid contorte,> ne quid noue dicamus; ne quam in aliam rem transeamus; ne ab ultimo repetamus; ne longe persequamur; ne quid, quod ad rem pertineat, praetereamus; et si sequemur ea, quae de breuitate praecepta sunt; nam quo breuior, dilucidior et cognitu facilior narratio fiet.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 1.9.15 (F. Marx ed., pp.11-12).

5. Conniserationem breuem esse oportet. Nihil enim lacryma citius arescit.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 2.31.50 (F. Marx ed., p.70).

6. Huic iussa tria sunt: ut adsit; nam gravitatem res habet, quom frequens ordo est; ut loco dicat, id est rogatus; ut modo, ne sit infinitus; nam breuitas non modo senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in sententia. Nec est umquam longa oratione utendum, nisi aut peccante senatu (quod fit ambitione saepissime) nullo magistratu adiuuante tolli diem utile est, aut quom tanta causa est, ut opus sit oratoris copia vel ad hortandum vel ad docendum; quorum generum in utroque magnus noster Cato est.

Cicero, *De legibus*, 3.40 (C.F.W. Müller ed., p.446).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 11: De verborum prolatione rethorica (fol.82rb-va):

Tullius rethororum artis noue libro 2. capitulo 5. **Fere non difficile est inuenire quid sit cause adiumento: difficillimum vero est inuentum expolire et expedite denunciare.**<sup>1</sup> Libro 3. capitulo 6. **Firmam maxime poterimus in dicendo uocem conseruare si quam maxime sedata et depressa uoce principia dicemus. Nam laeditur arteria si antequam leui uoce permulsa est: acri clamore complet. Et interuallis longioribus uti conuenit: recreatur enim species uox et arteriae reticendo acquiescunt.**<sup>2</sup> **Quid insuauius quam clamor in exordio cause. Interualla uocem confirmant eadem sententias concinniores diuisione reddunt: et audita spatium cogitandi relinquunt. Conseruat uocem continui clamoris remisso. Et uarietas quidem auditorem maxime delectat. Acuta exclamatio fauces fauce uocem uulnerat: eadem laedit auditorem.**<sup>3</sup> Idem de oratore libro 2. **Iam illud uidemus nequaquam satis esse reperire quid dicas nisi id inuentum tractare possis.**<sup>4</sup> Libro 3. et finali. **Hominum auris uocem natura modulatur.**<sup>5</sup> **Ad uocem obtinendam nihil est utilius quam crebra mutatio: nihil perniciosius quam effusa sine intermissione continuatio.**<sup>6</sup> **Quamuis suaues grauesque sententiae cause sint: si incondite positae uerbis efferantur: offendunt aures: quarum est iudicium superbissimum.**<sup>7</sup> **Uoluptati aurium morigerari debet oratio.**<sup>8</sup> **Rerum uerborumque indicium prudentia est: uocum aut numerum aures sunt iudices: et illa ad intelligentiam referuntur: haec ad uoluptatem. In illis ratio inuenit: in his sensus artem.**<sup>9</sup> Idem tusculanarum questionum libro i. **Fieri potest ut recte quis sentiat et id quod sentit polite eloqui non possit.**<sup>10</sup>

1. Nam fere non difficile inuenire, quid sit causae adiumento; difficillimum est inuentum expolire et expedite pronuntiare.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 2.18.27 (F. Marx ed., p.47).

2. Firmam ergo maxime poterimus in dicendo uocem conseruare, si quam maxime sedata et depressa uoce principia dicemus. Nam laeditur arteria, si, antequam uoce leui permulsa est, acri clamore completur. Et interuallis longioribus uti conuenit: recreatur enim spiritu uox et arteriae reticendo acquiescunt.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 3.12.21 (F. Marx ed., p.88).

3. Quid insuauius quam clamor in exordio causae? interualla uocem confirmant; eadem sententias concinniores diuisione reddunt et auditori spatium cogitandi relinquunt. Conseruat uocem continui clamoris remisso: et auditorem quidem uarietas maxime delectat, cum sermone animum retinet aut exsuscitat clamore. Acuta exclamatio uocem uulnerat; eadem laedit auditorem: habet enim quiddam inliberale et ad muliebrem potius uociferationem quam ad uirilem dignitatem in dicendo adcommodatum.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 3.12.22 (F. Marx ed., p.89).

4. Iam illud uidemus nequaquam satis esse reperire quid dicas, nisi id inuentum tractare possis.

Cicero, *De oratore*, 2.176 (K. Kumaniecki ed., p.175).

5. Nam si rudis et impolita putanda est illa sine intervallis loquacitas perennis et profluens, quid est aliud causae cur repudietur nisi quod hominum aures uocem natura modulantur ipsae.

Cicero, *De oratore*, 3.185 (K. Kumaniecki ed., p.341).

6. Nam ad vocem obtinendam nihil est utilius quam crebra mutatio, nihil perniciosius quam effusa sine intermissione contentio.

Cicero, *De oratore*, 3.224 (K. Kumaniecki ed., p.360).

7. Quamvis enim suaves gravesve sententiae tamen, si inconditis verbis efferuntur, offendent auri, quarum est iudicium superbissimum.

Cicero, *Orator*, 150 (P. Reis ed., p.53).

8. Consule veritatem: reprehendet; refer ad auri: probabunt; quaere cur ita sit; dicent iuvare; voluptati autem aurium morigerari debet oratio.

Cicero, *Orator*, 159 (P. Reis ed., p.60).

9. Sed quia rerum verborumque iudicium in prudentia est, vocum autem et numerorum aures sunt iudices, et quod illa ad intellegentiam referuntur, haec ad voluptatem, in illis ratio invenit, in his sensus artem.

Cicero, *Orator*, 162 (P. Reis ed., p.61).

10. Fieri autem potest, ut recte quis sentiat et id quod sentit polite eloqui non possit; sed mandare quemquam litteris cogitationes suas, qui eas nec disponere nec inlustrare possit nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis et otio et litteris.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.3.6 (M. Pohlenz ed., p.219).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 18: De electis inuentionibus rethoricis: que sunt aperta conuicia: et dicuntur etiam ledoria (fol.83rb-va):

Tullius inuectiua in salustium: **Ea demum magna voluptas tibi est crispe salusti: equalem ac parem verbis vitam agere: neque quicquam tam obscenum dicere cui non ab initio pueritie omni genere facinoris etas tua respondeat vt omnis oratio moribus consonet: neque enim qui ita viuit vt tu aliter ac tu loque potest: neque qui tam illoto sermone vtitur vita honestior est.**

Ea demum magna voluptas est c. sallusti aequalem ac parem verbis vitam agere neque quicquam tam obscaenum dicere cui non ab initio pueritiae omni genere facinoris aetas tua respondeat ut omnis oratio moribus consonet neque enim qui ita vivit ut tu aliter ac tu loqui potest neque qui tam inloto sermone utitur vita honestior est.

Pseudo-Cicero, *Inuectiua in C. Sallustium Crispum*, 1.1 (A. Kurfess ed., p.9).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 22: De electis laudationibus: blandimentis et garulationibus (fol.84v ):

Tullius de oratore congratulationis sui ad senatum: **Si patres conscripti pro vestris immortalibus in me fratremque meum liberosque nostros meritis parum vobis cumulare gratias egero: queso obtestorque ne mee nature potius quam magnitudini vestrorum beneficiorum retribuendum putetis. Que tanta enim potest existere ubertas ingenii: que tanta dicendi copia: quod tam diuinum atque incredibile genus orationis quo quisquam possit vestra in nos vniuersa promerita non dicam complecti orando: sed percensere numerando.**

Si, patres conscripti, pro vestris immortalibus in me fratremque meum liberosque nostros meritis parum vobis cumulate gratias egero, quaeso obtestorque ne meae naturae potius quam magnitudini vestrorum beneficiorum id tribuendum putetis. Quae tanta enim potest existere ubertas ingeni, quae tanta dicendi copia, quod tam diuinum atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit vestra in nos vniuersa promerita non dicam complecti orando, sed percensere numerando?

Cicero, *Post reditum in senatu oratio*, 1 (T. Maslowski ed., p.3).



Pars 3, Liber 6, Rubrica 23: De electis conclusionibus rethorice orationis (fol.85ra):

Tullius inuectiua in salustium: **Plura dicere si apud alios patres conscripti mihi esset diserendum: non apud vos quos habui omnium actionum mearum monitores.**<sup>1</sup> Idem in oratione pro quinto ligario. **Longiorem orationem causa forsitan postulat: tua certe natura breuiorem. Quare cum vtilius esse arbitrem teipsum quam aut me: aut quemquam loqui tecum finem iam faciam. Tantum teipsum admoneo: si illi salutem absenti dederis presentibus his omnibus te daturum.**<sup>2</sup>

1. Plura dicerem si apud alios mihi esset diserendum patres conscripti non apud vos quos ego habui omnium mearum actionum monitores.

Pseudo-Cicero, *Inuectiua in C. Sallustium Crispum*, 4.12 (A. Kurfess ed., p.15).

2. Longiorem orationem causa forsitan postulet, tua certe natura breuiorem. Quare cum utilius esse arbitrer teipsum quam aut me aut quemquam loqui tecum, finem iam faciam; tantum te admonebo, si illi absenti salutem dederis, praesentibus te his daturum.

Cicero, *Pro Q. Ligario oratio*, 38 (A. Klotz ed., p.100).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.85v ):

Tullius rethoricorum artis veteris: libro 2. capitulo 9. **Temperantia est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio. Temperantie partes sunt continentia clementia modestia. Modestia est per quam pudor honestus puram est stabilem comparat auctoritatem.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis noue libro 3. capitulo 2. **Modestia est in animo continens moderatio cupiditatem.**<sup>2</sup> Idem de officiis: libro i. capitulo 79. **Modestia est scientia rerum que aguntur aut dicuntur loco suo collocandarum.**<sup>3</sup> Idem in oratione pro rege deiotaro: **Frugalitatem id est modestiam temperantiam virtutem maximam iudico.**<sup>4</sup>

1. Temperantia est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio. Eius partes continentia, clementia, modestia. Continentia est, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur; clementia, per quam animi temere in odium alicuius iniectio concitati comitate retinentur; modestia, per quam pudor honesti curam et stabilem comparat auctoritatem.

Cicero, *De inuentione*, 2.54.164 (E. Stroebel ed., p.149).

2. Modestia est in animo continens moderatio cupiditatem.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 3.2.3 (F. Marx ed., p.74).

3. Itaque ut eandem nos modestiam appellemus sic definitur a Stoicis ut modestia sit scientia rerum earum quae agentur aut dicentur loco suo collocandarum.

Cicero, *De officiis*, 1.40.142 (C. Atzert ed., p.49).

4. Ut volet quisque accipiat; ego tamen frugalitatem id est modestiam et temperantiam, virtutem maximam iudico.

Cicero, *Pro rege Deiotaro oratio*, 26 (A. Klotz ed., p.112).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 4: De paucitatis acceptabilitate et reprobatione multitudinis (fol.87ra):

Tullius tusculanarum questionum: libro 2. **Pauca ipsa sepe multum prosunt et ferunt fructus.**

Sed tamen in vita occupata atque, ut Neoptolemi tum erat, militari pauca ipsa multum saepe prosunt et ferunt fructus, si non tantos quanti ex universa philosophia percipi possunt, tamen eos quibus aliqua ex parte interdum aut cupiditate aut aegritudine aut metu liberemur.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.1.2 (M. Pohlenz ed., p.280).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 8: De modo celeritatis dilationis et more (fol.88ra):

Tullius philippicorum: libro 6. **Expectatio quidem quantum afferat langoris animo quis non videt.**

Non sine causa legatorum istam missionem semper timui, numquam probavi: quorum reditus quid sit adlaturus ignoro; expectatio quidem quantum adferat languoris animis quis non uidet?

Cicero, *Orationes Philippicae*, 2.112 (P. Fedeli ed., p.53).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 10: De repentinis seu subitis actibus (fol.88vb):

Tullius tusculanarum questionum: libro 3. **Videntur omnia repentina grauiora.**

Est id quidem non mediocre ad aegritudinem augendam: videntur enim omnia repentina graviora.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.13.28 (M. Pohlenz ed., p.332).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 11: De sufficientia sacietate et insacietate (fol.89ra):

Tullius tusculanarum questionum: libro 5. et finali. **Stultitia etsi adepta est quod concupiuit: nunquam tamen se satis consecutam putat.**<sup>1</sup> Idem de fine bonorum et malorum: libro i. **Cupiditates sunt insaciabiles.**<sup>2</sup> **Ignauium cupiditatum nec modus vllus nec finis inueniri potest.**<sup>3</sup>

1. Etenim ut stultitia, etsi adepta est quod concupivit, numquam se tamen satis consecutam putat, sic sapientia semper eo contenta est quod adest, neque eam umquam sui paenitet.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.18.54 (M. Pohlenz ed., p.428).

2. Cupiditates enim sunt insatiabiles, quae non modo singulos homines, sed universas familias evertunt, totam etiam labefactant saepe rem publicam.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 1.13.43 (T. Schiche, p.20).

3. Quarum ea ratio est, ut necessariae nec opera multa nec impensa expleantur; ne naturales quidem multa desiderant, propterea quod ipsa natura divitias, quibus contenta sit, et parabilis et terminatas habet; inanium autem cupiditatum nec modus ullus nec finis inveniri potest.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 1.13.45 (T. Schiche, p.20).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 1: De diuitiarum proficuo et nocumento paupertatis (fol.89va):

Tullius rethorica artis noue: libro 6 et finali. **Due res sunt que possunt homines ad turpem competentium commouere: inopia atque auaritia.**

Item: 'Duae res sunt, quae possunt homines ad turpe conpendium commouere: inopia atque auaritia....'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.40.52 (F. Marx ed., p.167).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 2: De paupertatis proficuo et molestia ac illaudatione diuitiarum (fol.90va):

Tullius de oratore: libro 2. **In summa vbertate inest luxuries.**

Quod si haec noster Sulpicius faceret, multo eius oratio esset pressior; in qua nunc interdum, ut in herbis rustici solent dicere in summa ubertate, inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est.

Cicero, *De oratore*, 2.96 (K. Kumaniecki ed., p.143).



Pars 4, Liber 2, Rubrica 4: De lucri acquisitionis honestate consideranda (fol.91va):

Tullius rethoricorum artis noue: libro 6. et finali capitulo 5. **Due res sunt que possunt homines ad turpe compendium promouere: inopia: atque auaritia.**

Item: 'Duae res sunt, quae possunt homines ad turpe compendium commouere: inopia atque auaritia....'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.40.52 (F. Marx ed., p.167).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 6: De rebus propriis communibus et alienis (fol.92rb):

Tullius de officiis: libro i. capitulo 13. **Difficilis est cura rerum alienarum.**

Est enim difficilis cura rerum alienarum quamquam Terentianus ille Chremes humani nihil a se alienum putat sed tamen quia magis ea percipimus atque sentimus quae nobis ipsis aut prospera aut aduersa eueniunt quam illa quae ceteris quae quasi longo interuallo interiecto uidemus aliter de illis ac de nobis iudicamus.

Cicero, *De officiis*, 1.9.30 (C. Atzert ed., p.11).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 9: De damno et amissione diuitiarum (fol.92vb):

Tullius phylipicorum libro 2. **Male parata male dilabuntur.**

Sed, ut est apud poetam nescio quem, 'male parata male dilabuntur.'

Cicero, *Orationes Philippicae*, 2.65 (P. Fedeli ed., p.37).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 11: De tranquillitate et inquietudine animi circa diuitias et paupertatem (fol.93rb):

Tullius rethoricorum artis noue: libro 5. capitulo 10. **Egens eque est qui non satis habet et is cui satis nihil potest esse.**<sup>1</sup> Idem paradoxorum: distinctione 6. **Animus hominis diues non archa appellari solet.**<sup>2</sup>

1. Item: 'Egens aeque est is, qui non satis habet, et is, cui satis nihil potest esse.'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.17.24 (F. Marx ed., p.132).

2. Animus hominis dives, non archa, <quae> appellari solet.

Cicero, *Paradoxa Stoicorum*, 6.44 (C.F.W. Müller ed., p.211).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.94rb):

Tullius de oratore: libro 2. **Auaritiam si tollere vultis mater est tollenda luxuries.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis noue libro 2. capitulo 6. **Auaritia hominem ad quoduis maleficium impellit.**<sup>2</sup> Libro 5. capitulo 21. **Auaritia est iniuriosa appetitio alienorum.**<sup>3</sup> Libro 6. et finali capitulo 5. **Due res que possunt homines ad turpem compendium commouere: inopia atque auaritia.**<sup>4</sup> Idem paradoxorum prima distinctione. **Neque expletur vnquam nec saciatur cupiditas sitis.**<sup>5</sup>

1. Ex causis autem rerum sic: auaritiam si tollere vultis, mater eius est tollenda, luxuries.

Cicero, *De oratore*, 2.171 (K. Kumaniecki ed., p.173).

2. Auaritia porro hominem ad quod uis maleficium impellit.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 2.22.34 (F. Marx ed., p.53).

3. Item: 'Non e<s>t ista diligentia, set auaritia, ideo quod diligentia est accurata conseruatio suorum, auaritia iniuriosa adpetitio ali<en>orum.'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.25.35 (F. Marx ed., p.144).

4. Item: 'Duae res sunt, quae possunt homines ad turpe compendium commouere: inopia atque auaritia....'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.40.52 (F. Marx ed., p.167).

5. Neque enim umquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis, neque solum ea qui habent libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu.

Cicero, *Paradoxa Stoicorum*, 1.6 (C.F.W. Müller ed., p.199).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 1: De potentioribus et impotentioribus maioribus et minoribus (fol.96vb):

Tullius in thymeum platonis: siue de essentia mundi: **Non esset rectum minori parere maiorem.**

Sed animum haud ita, ut modo locuti sumus, tum denique, cum corpus ei effecisset, inchoavit: neque enim esset rectum minori parere maiorem; sed nos multa inconsiderate ac temere dicimus.

*Plato secundum translationem quam fecit Cicero, 21 (R. Giomini ed., p.194).*

Pars 4, Liber 3, Rubrica 2: De imperio et potestate et dominatione priuatorum (fol.97ra):

Tullius rethoricorum artis veteris: libro 2. capitulo 11. **Potentia est ad sua conseruanda et alterius obtinenda: idonearum rerum facultas.**

Incolunitas est salutis rata atque integra conservatio; potentia est ad sua conservanda et alterius adtenuanda idonearum rerum facultas.

Cicero, *De inuentione*, 2.56.169 (E. Stroebel ed., p.151).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 3: De humilitate: seu mititate superbia elatione et fastu (fol.97va):

Tullius de officiis: libro i. capitulo 45. **Etiam in rebus prosperis et ad voluptatem nostram fluentibus superbiam magno opere fastigium arrogantiamque fugiamus.**<sup>1</sup> Idem in oratione pro marco marcello: **Uictoria insolens et superba est.**<sup>2</sup>

1. Atque etiam in rebus prosperis et ad uoluntatem nostram fluentibus superbiam magnopere fastidium arrogantiamque fugiamus.

Cicero, *De officiis*, 1.26.90 (C. Atzert ed., p.31).

2. At vero cum aliquid clementer mansuete iuste moderate sapienter factum, in iracundia praesertim quae est inimica consilio, et in victoria quae natura insolens et superba est, audimus aut legimus, quo studio incendimur non modo in gestis rebus, sed etiam in fictis, ut eos saepe quos numquam vidimus diligamus!

Cicero, *Pro M. Claudio Marcello oratio*, 9 (A. Klotz ed., p.72).



Pars 4, Liber 3, Rubrica 4: De arrogantia iactantia insolentia et vanagloria (fol.98ra):

Tullius rethoricorum artis veteris: libro i. capitulo 12. **Ex arrogantia odium solet euenire: ex insolentia arrogantia.**

Quare hoc in genere, ut commode, quid eventurum sit, ante animo colligi possit, quid quaque ex re soleat euenire, considerandum est, hoc modo: ex arrogantia odium, ex insolentia arrogantia.

Cicero, *De inuentione*, 1.28.42 (E. Stroebel ed., p.37).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 8: De terribilitate et metu (fol.99rb):

Tullius phylipicorum: libro i. **Metui et ob id odiosum esse inuidiosum est detestabile imbecillum caducum.**

Carum esse ciuem, bene de re publica mereri, laudari, coli, diligi gloriosum est; metui uero et in odio esse inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 1.33 (P. Fedeli ed., p.12).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 9: De libertate et seruitute dominis et seruis (fol.99va-vb):

Tullius rethoricorum artis noue: libro 5 capitulo 10. **Liber is est existimandus qui nulli turpitudini seruit. Sola virtus in sua potestate est.**<sup>1</sup> Idem de amicitia. **Natura propensi ad libertatem sumus.**<sup>2</sup> Idem paradoxorum distinctione 5. **Omnis animi debilitas et humilitas et fracta timiditas seruitus est.**<sup>3</sup> Idem philippicorum libro 2. **Seruitus postremum malorum omnium: non modo bello: sed morte etiam repellendum.**<sup>4</sup> Libro 3. **Omnis seruitus est misera.**<sup>5</sup> **Nihil fedius seruitute.**<sup>6</sup> **Iocundiorem facit libertatem seruitutis recordatio.**<sup>7</sup> Libro 7. **Que causa iustior est belli gerendi quam seruitutis depulsio: in qua etiam si non sit molestus dominus: tamen miserrimum posse si velit.**<sup>8</sup> Libro 9. **Pro libertate vite periculo decertandum est.**<sup>9</sup>

1. Item: 'Liber is est existimandus, qui nulli turpitudini seruit.' Item: 'Egens aequae est is, qui non satis habet, et is, cui satis nihil potest esse.' Item: 'Optima uiuendi ratio est eligenda; eam iucundam consuetudo reddet,' huiusmodi sententiae simplices non sunt improbandae, propterea quod habet breuis expositio, si rationis nullius indiget, magnam delectationem. Sed illud quoque probandum est genus sententiae, quod confirmatur subiectione rationis, hoc pacto: 'Omnes bene uiuendi rationes in uirtute sunt conlocandae, propterea quod sola uirtus in sua potestate est, omnia praeterea subiecta sunt sub fortunae dominationem.'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.17.24 (F. Marx ed., p.132).

2. Ut enim benefici liberales que sumus, non ut exigamus gratiam (neque enim beneficium faeneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus), sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus.

Cicero, *De amicitia*, 31 (K. Simbeck ed., p.58).

3. Omnis animi debilitati et humilis et fracti timiditas seruitus est.

Cicero, *Paradoxa Stoicorum*, 5.41 (C.F.W. Müller ed., p.210).

4. Pax est tranquilla libertas, seruitus postremum malorum omnium, non modo bello sed morte etiam repellendum.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 2.113 (P. Fedeli ed., p.54).

5. Cum autem est omnis seruitus misera, tum uero intolerabile est seruire impuro, impudico, effeminato, numquam ne in metu quidem sobrio.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 3.12 (P. Fedeli ed., p.60).

6. Nihil est detestabilius dedecore, nihil foedius seruitute.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 3.36 (P. Fedeli ed., p.68).

7. Iocundiorem autem faciet libertatem seruitutis recordatio.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 3.36 (P. Fedeli ed., p.69).

8. Quae causa iustior est belli gerendi quam seruitutis depulsio? In qua etiam si non sit molestus dominus, tamen est miserrimum posse, si uelit.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 8.12 (P. Fedeli ed., p.110).

9. Magna quidem nos spe et prope explorata libertatis causam suscepimus; sed ut concedam incertos exitus esse belli Martemque communem, tamen pro libertate uitae periculo decertandum est.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 10.20 (P. Fedeli ed., p.129).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 11: De nobilitate et ignobilitate (fol.100rb):

Tullius inuectiua in salustium. **Sacius est me meis rebus gestis florere: quam malorum opinione niti: et ita viuere ut sit posteris mei nobilitatis initium et virtutis exemplum.**

Qua re noli mihi antiquos viros obiectare sacius est enim me meis rebus gestis florere quam maiorum opinione niti et ita viuere ut ego sim posteris meis nobilitatis initium et virtutis exemplum neque me cum iis conferri decet patres conscripti qui iam decesserunt omni que odio carent et invidia sed cum eis qui me cum una in re publica versati sunt.

Pseudo-Cicero, *Inuectiua in C. Sallustium Crispum*, 2.5 (A. Kurfess ed., p.11).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 13: De laude et commendatione (fol.101ra):

Tullius rethoricorum artis noue libro 3. capitulo 2. **Non solum laudis causa rectum sequi conuenit: sed si laus consequitur duplicatur recti appetendi uoluntas.**<sup>1</sup> Idem phylipicorum libro 2. **Ut quondam morbo aliqui ex sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi auari facinorosi uere laudis gustum non habent.**<sup>2</sup>

1. Hoc nos eo separauimus <a recto, non quod hae quattuor> partes, quae subiciuntur sub uocabulum recti, hanc honestatis commemorationem dare <non> soleant; sed quamquam ex recto laudabile nascitur, tamen in dicendo seorsum tractandum est hoc ab illo: neque enim solum laudis causa rectum sequi conuenit, sed si laus consequitur, <du>plicatur recti adpetendi uoluntas.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 3.4.7 (F. Marx ed., pp.76-7).

2. Sed nimirum, ut quidam morbo aliquo et sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt, sic libidinosi, auari, facinerosi uerae laudis gustatum non habent.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 2.115 (P. Fedeli ed., p.154).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 14: De fama seu estimatione laudabili et infamia (fol.101va-vb):

Tullius de officiis: libro 2. **Uehementer multitudinis amor commouetur ipsa fama et opinione liberalitatis beneficentiae iustitiae fidei omniumque earum virtutum que pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem.**<sup>1</sup> Idem de oratore: libro 2. **Bona estimatio diuitiis prestat.**<sup>2</sup>

1. Ac primum de illis tribus quae ante dixi beneuolentiae praecepta uideamus quae quidem capitur beneficiis maxime secundo autem loco uoluntate benefica beneuolentia mouetur etiamsi res forte non suppetit uehementer autem amor multitudinis commouetur ipsa fama et opinione liberalitatis beneficentiae iustitiae fidei omniumque earum uirtutum quae pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem.

Cicero, *De officiis*, 2.9.32 (C. Atzert ed., p.65).

2. Maiora autem et minora et paria comparabimus sic: ex maiore: si bona existimatio diuitiis praestat et pecunia tanto opere expetitur, quanto gloria magis est expetenda!

Cicero, *De oratore*, 2.172 (K. Kumaniecki ed., p.173).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 15: De gloria dignitate ambitione honore et vituperio (fol.102va):

Tullius de officiis: libro i. capitulo 29. **Uix inuenitur qui laboribus susceptis periculisque aditis non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis veteris: libro 2. capitulo 10. **Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Dignitas est alicuius honesta et cultui et honore et verecundia digna auctoritas.**<sup>2</sup> Idem in oratione pro marco marcello: **Gloria est illustris peruagata magnorum vel in suos vel in patriam vel in omne genus hominum fama meritorum.**<sup>3</sup> Idem Phylippicorum: libro i. **Ea est gloria laus recte factorum magnorumque in rem publicam meritorum que tum optimi cuiusque: tum etiam multitudinis testimonio comprobatur.**<sup>4</sup> Bene de re publica mereri: laudari: coli: diligere gloriosum est.<sup>5</sup> Libro 2. **Quam miserum est id negare non posse quod sit turpissimum confiteri.**<sup>6</sup> Libro 3. **Nihil est detestabilius dedecore: nihil foedius seruitute. Ad decus et libertatem nati sumus: aut hec teneamus: aut cum dignitate moriamur.**<sup>7</sup> **Dedecus uirtus propulsare solet.**<sup>8</sup>

1. Facillime autem ad res iniustas impellitur ut quisque altissimo animo est gloriae cupiditate qui locus est sane lubricus quod uix inuenitur qui laboribus susceptis periculisque aditis non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

Cicero, *De officiis*, 1.19.65 (C. Atzert ed., p.23).

2. Gloria est frequens de aliquo fama cum laude; dignitas est alicuius honesta et cultu et honore et verecundia digna auctoritas; amplitudo potentiae aut maiestatis aut aliquarum copiarum magna abundantia; amicitia uoluntas erga aliquem rerum bonarum illius ipsius causa, quem diligit, cum eius pari uoluntate.

Cicero, *De inuentione*, 2.55.166 (E. Stroebel ed., p.150).

3. Quodsi rerum tuarum immortalium C. Caesar hic exitus futurus fuit, ut de uictis aduersariis rem publicam in eo statu relinqueres in quo nunc est, uide quaeso ne tua diuina uirtus admirationis plus sit habitura quam gloriae, siquidem gloria est inlustris ac peruagata magnorum uel in suos [civis] uel in patriam uel in omne genus hominum fama meritorum.

Cicero, *Pro M. Claudio Marcello oratio*, 26 (A. Klotz ed., p.79).

4. Est autem gloria laus recte factorum magnorumque in rem publicam meritorum, quae cum optimi cuiusque, tum etiam multitudinis testimonio comprobatur.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 1.29 (P. Fedeli ed., p.11).

5. Carum esse ciuem, bene de re publica mereri, laudari, coli, diligere gloriosum est; metui uero et in odio esse inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 1.33 (P. Fedeli ed., p.12).

6. Quam miserum est id negare non posse quod sit turpissimum confiteri!

Cicero, *Orationes Philippicae*, 2.61 (P. Fedeli ed., p.35).

7. Nihil est detestabilius dedecore, nihil foedius seruitute. Ad decus et ad libertatem nati sumus: aut haec teneamus aut cum dignitate moriamur.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 3.36 (P. Fedeli ed., p.68).

8. Quamquam mortem quidem natura omnibus proposuit; crudelitatem mortis et dedecus uirtus propulsare solet, quae propria est Romani generis et nominis.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 4.13 (P. Fedeli ed., p.74).



Pars 4, Liber 3, Rubrica 16: De reuerentia et honorificatione (fol.103rb):

Tullius rethoricorum artis veteris: libro 2. capitulo 9. **Observantia est per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu: quodam et honore dignantur.**

Religio est, quae superioris cuiusdam naturae, quam divinam vocant, curam caerimoniamque affert; pietas, per quam sanguine coniunctis patriaeque benivolum officium et diligens tribuitur cultus; gratia, in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria et remunerandi voluntas continetur; vindicatio, per quam vis aut iniuria et omnino omne, quod obfuturum est, defendendo aut ulciscendo propulsatur; observantia, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore dignantur; veritas, per quam inmutata ea, quae sunt [ante] aut fuerunt aut futura sunt, dicuntur.

Cicero, *De inuentione*, 2.53.161 (E. Stroebel ed., p.148).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 1: De delectatione (fol.104rb):

Tullius rethoricorum artis veteris: libro 2. capitulo 5. **Que rara et ardua sunt ea experiendo pulchra et iocunda hominibus videntur.**

Atque hic eius, qui contra aliquem praemium postulantem dicet, locus erit communis: praemia virtutis et officii sancta et casta esse oportere neque ea aut cum improbis communicari aut in mediocribus hominibus pervulgari; et alter: minus homines virtutis cupidos fore virtutis praemio pervulgato; quae enim rara et ardua sint, ea experiendo pulchra et iocunda hominibus videri; et tertius: si exsistant, qui apud maiores nostros ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt, nonne de sua gloria, cum pari praemio tales homines affici videant, delibari putent.

Cicero, *De inuentione*, 2.39.114 (E. Stroebel ed., p.127).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 2: De musicali delectatione (fol.104vb):

Tullius de oratore: libro 3. et finali. **Due sunt res que permulcent aures: sonus: et numerus.<sup>1</sup> Omnium longitudinum et brevitatum in sonis sicut acutorum grauiumque vocum: iudicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.<sup>2</sup> Uersus rationem non est cognitus: sed natura atque sensu: quem dimensuratio docuit quid acciderit ita notatio nature et animaduersio peperit artem.<sup>3</sup>**

1. Duae sunt igitur res quae permulceant auris, sonus et numerus.

Cicero, *Orator*, 163 (P. Reis ed., p.61).

2. In versu quidem theatra tota exclamant, si fuit una syllaba aut breuior aut longior; nec vero multitudo pedes novit nec ullos numeros tenet nec illud quod offendit aut cur aut in quo offendant intellegit; et tamen omnium longitudinum et brevitatum in sonis sicut acutarum graviumque vocum iudicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.

Cicero, *Orator*, 173 (P. Reis ed., p.66).

3. Neque enim ipse versus ratione est cognitus, sed natura atque sensu, quem dimensa ratio docuit quid acciderit. Ita notatio naturae et animadversio peperit artem.

Cicero, *Orator*, 183 (P. Reis ed., p.70).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 5: De gaudio petulantia et letitia (fol.105va):

Tullius tusculanarum questionum: libro 4. **Eodem vicio est effusio animi in letitia quo in dolore contractio.**<sup>1</sup> Idem de senectute: **Conscientia bene acte vite multorumque beneficiorum recordatio iocundissima est.**<sup>2</sup> Idem in ortensio: **Indagatio rerum tum maximarum habet oblectationem tum etiam occultissimarum.**<sup>3</sup>

1. Eodem enim vitio est ecfusio animi in laetitia quo in dolore contractio, eademque levitate cupiditas est in appetendo qua laetitia in fruendo, et ut nimis adflicti molestia, sic nimis elati laetitia iure iudicantur leves; et, cum invidere aegritudinis sit, malis autem alienis voluptatem capere laetitiae, utrumque immanitate et feritate quadam proponenda castigari solet; atque ut cavere decet, timere non decet, sic gaudere decet, laetari non decet, quoniam docendi causa a gaudio laetitiam distinguimus; illud iam supra diximus, contractionem animi recte fieri numquam posse, elationem posse.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 4.31.66 (M. Pohlenz ed., p.395).

2. Aptissima omnino sunt Scipio et Laeli arma senectutis artes exercitationesque virtutum, quae in omni aetate cultae, cum diu multumque vixeris, mirificos efferunt fructus, non solum quia numquam deserunt ne extremo quidem tempore aetatis (quamquam id quidem maximum est), verum etiam quia conscientia bene actae vitae multorumque bene factorum recordatio iocundissima est.

Cicero, *Cato maior de senectute*, 9 (K. Simbeck ed., p.6).

3. Indagatio ipsa rerum cum maximarum tum etiam occultissimarum habet oblectationem; si vero aliquid occurrit quod veri simile videatur, humanissima completur animus voluptate.

Cicero, *Academica priora*, 127 (O. Plasberg ed., p.91).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 7: De ridiculis et vtrapelia (fol.105vb):

Tullius de oratore: libro 2. **Hec ridentur vt sola vel maxime que notant vel signant turpitudinem aliquam non turpiter. Hylaritas beniuolentiam conciliat ei per quem excitata est.**<sup>1</sup> **Materies ridiculorum omnis est in his vitiis que sunt in vitis hominum.**<sup>2</sup>

1. Haec enim ridentur vel sola vel maxime, quae notant et signant turpitudinem aliquam non turpiter. Est autem, ut ad illud tertium veniam, est plane oratoris movere risum, vel quod ipsa hilaritas benevolentiam conciliat ei, per quem excitata est, vel quod admirantur omnes acumen, uno saepe in verbo positum, maxime respondentis, non numquam etiam lacescentis, vel quod frangit adversarium, quod impedit, quod elevat, quod deterret, quod refutat, vel quod ipsum oratorem politum esse hominem significat, quod eruditum, quod urbanum, maximeque quod tristitiam ac severitatem mitigat et relaxat odiosasque res saepe, quas argumentis dilui non facile est, ioco risuque dissolvit.

Cicero, *De oratore*, 2.236 (K. Kumaniecki ed., p.204).

2. Quam ob rem materies omnis ridiculorum est in iis vitiis, quae sunt in vita hominum neque carorum neque calamitosorum neque eorum qui ob facinus ad supplicium rapiendi videntur; eaque belle agitata ridentur.

Cicero, *De oratore*, 2.238 (K. Kumaniecki ed., p.205).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 9: De ludo et requie seu ocio laudabili (fol.106rb):

Tullius rethoricorum artis veteris: libro i. capitulo. **Animus defessus audiendo aut admiratione integratur aut risu nouatur.**<sup>1</sup> Idem de oratore: libro i. **Ocii fructus est non contentio animi sed relaxatio.**<sup>2</sup> **Liber esse non videtur quando aliquando nihil agit.**<sup>3</sup>

1. Nam, ut cibi satiety et fastidium aut subamara aliqua re relevatur aut dulci mitigatur, sic animus defessus audiendo aut admiratione integratur aut risu novatur.

Cicero, *De inuentione*, 1.17.25 (E. Stroebel ed., p.23).

2. Otium autem quod dicis esse, adsentior; verum otii fructus est non contentio animi sed relaxatio.

Cicero, *De oratore*, 2.22 (K. Kumaniecki ed., p.112).

3. Tum illud addidi: 'Mihi enim liber esse non videtur qui non aliquando nihil agit.'

Cicero, *De oratore*, 2.24 (K. Kumaniecki ed., p.113).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 10: De appetitu et desiderio (fol.106vb):

Tullius de natura deorum: libro 3. et finali. **Appetuntur que secundum naturam sunt: declinantur contraria.**

Adpetuntur autem quae secundum naturam sunt, declinantur contraria; et omne animal adpetit quaedam et fugit a quibusdam, quod autem refugit id contra naturam est, et quod est contra naturam id habet vim interemendi.

Cicero, *De natura deorum*, 3.33 (W. Ax ed., p.130).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 11: De concupiscentia voluptatum (fol.107ra):

Tullius rethoricorum artis veteris libro i. in prohemio: **Ceca ac temeraria est dominatrix animi cupiditas.**<sup>1</sup> 11. capitulo. **Genus est nimirum omnium libidinum cupiditas.**<sup>2</sup> Idem rethoricorum artis noue libro 2. capitulo 6. **Stultitia parit immensas cupiditates.**<sup>3</sup> Idem de fine bonorum et malorum libro i. **Cupiditates sunt insaciabiles. Ex cupiditatibus odia desidia discordie seditiones bella nascuntur. Inanium cupiditatum nec modus vllus nec finis inueniri potest.**<sup>4</sup> Idem tusculanarum questionum libro 3. **Animus eger vt ait ennius semper errat: neque pati neque perpeti potest: cupere numquam desinit.**<sup>5</sup> libro 5. et finali. **Stultitia etsi adepta est quod concupiuit: nunquam tamen se satis consecutam putat.**<sup>6</sup>

1. Ita propter errorem atque inscientiam caeca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad se explendam viribus corporis abutebatur, perniciosissimis satellitibus.

Cicero, *De inuentione*, 1.2.2 (E. Stroebel ed., p.2).

2. Nam genus est omnium nimirum libidinum cupiditas, eius autem generis sine dubio pars est avaritia.

Cicero, *De inuentione*, 1.23.32 (E. Stroebel ed., p.30).

3. Item uitiosa expositio est, quae nimium longe repetitur, hoc modo: ‘Omnium malorum stultitia est mater atque materies. Ea parit immensas cupiditates.’

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 2.22.34 (F. Marx ed., p.53).

4. Cupiditates enim sunt insatiabiles, quae non modo singulos homines, sed universas familias evertunt, totam etiam labefactant saepe rem publicam. Ex cupiditatibus odia, discidia, discordiae, seditiones, bella nascuntur, nec eae se foris solum iactant nec tantum in alios caeco impetu incurrunt, sed intus etiam in animis inclusae inter se dissident atque discordant, ex quo vitam amarissimam necesse est effici, ut sapiens solum amputata circumcisa que inanitate omni et errore naturae finibus contentus sine aegritudine possit et sine metu vivere. Quae est enim aut utilior aut ad bene vivendum aptior partitio quam illa, qua est usus Epicurus. Qui unum genus posuit earum cupiditatum, quae essent et naturales et necessariae, alterum, quae naturales essent nec tamen necessariae, tertium, quae nec naturales nec necessariae. Quarum ea ratio est, ut necessariae nec opera multa nec impensa expleantur; ne naturales quidem multa desiderant, propterea quod ipsa natura divitias, quibus contenta sit, et parabilis et terminatas habet; inanium autem cupiditatum nec modus ullus nec finis inveniri potest.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 1.13.43-44 (T. Schiche, p.20).

5. ‘At et morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis; hi enim ipsi odiosi sunt, quod ad animum pertinent eumque sollicitant, animusque aeger,’ ut ait Ennius, ‘semper errat neque pati neque perpeti potest, cupere numquam desinit.’

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.3.5 (M. Pohlenz ed., p.318).

6. Etenim ut stultitia, etsi adepta est quod concupivit, numquam se tamen satis consecutam putat, sic sapientia semper eo contenta est quod adest, neque eam umquam sui paenitet.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.18.54 (M. Pohlenz ed., p.428).



Pars 4, Liber 4, Rubrica 12: De voluptate seu libidine (fol.107rb-va):

Tullius de fine bonorum et malorum: libro i. **Eos et accusamus et iusto odio dignos diximus qui blanditiis presentium voluptatum deleniti atque corrupti quos dolores et quas molestias excepturi sunt cupiditate non prouident.**<sup>1</sup> libro 2. **Uoluptatem hanc esse sentiunt omnes qua sensus accipies mouetur et iocunditate quadam perfunditur.**<sup>2</sup> **Stoici diffiniunt voluptatem esse sublationem animi sine ratione opinantis se magno bono frui.**<sup>3</sup> **Cui in voluptate summum bonum est huic omnia sensu non ratione sunt iudicanda.**<sup>4</sup> **Maximas virtutes iacere omnes necesse est voluptati dominante.**<sup>5</sup> Idem de senectute: **Libidinosa et intemperans adolescentia effectum corpus trahit senectuti.**<sup>6</sup> **Impedit voluptas consilium: rationi inimica est: et mentis vt ita dicam perstringit oculos: nec habet vllum cum virtute commercium.**<sup>7</sup> **Diuius plato escam malorum appellat voluptatem quod ea videlicet homines capiantur vt pisces.**<sup>8</sup> Idem de oratore: libro i. **In summa vbertate inest luxuries.**<sup>9</sup>

1. At vero eos et accusamus et iusto odio dignissimos ducimus, qui blanditiis praesentium voluptatum deleniti atque corrupti, quos dolores et quas molestias excepturi sint, obcaecati cupiditate non prouident, similique sunt in culpa, qui officia deserunt mollitia animi, id est laborum et dolorum fuga.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 1.10.33 (T. Schiche, p.15).

2. Quia voluptatem hanc esse sentiunt omnes, quam sensus accipiens mouetur et iocunditate quadam perfunditur.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 2.3.6 (T. Schiche, p.34).

3. Sed hoc interest, quod voluptas dicitur etiam in animo – vitiosa res, ut Stoici putant, qui eam sic definiunt: sublationem animi sine ratione opinantis se magno bono frui –, non dicitur laetitia nec gaudium in corpore.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 2.4.13 (T. Schiche, p.38).

4. Cui vero in voluptate summum bonum est, huic omnia sensu, non ratione sunt iudicanda, eaque dicenda optima, quae sint suavissima.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 2.28.91 (T. Schiche, p.74).

5. Maximas vero virtutes iacere omnis necesse est voluptate dominante.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 2.35.117 (T. Schiche, p.85).

6. Etsi ipsa ista defectio virium adulescentiae vitiis efficitur saepius quam senectutis; libidinosa enim et intemperans adolescentia effectum corpus tradit senectuti.

Cicero, *Cato maior de senectute*, 29 (K. Simbeck ed., p.15).

7. Impedit enim consilium voluptas, rationi inimica est, mentis ut ita dicam prae stringit oculos nec habet ullum cum virtute commercium.

Cicero, *Cato maior de senectute*, 42 (K. Simbeck ed., p.22).

8. Sed si aliquid dandum est voluptati, quoniam eius blanditiis non facile obsistimus (divine enim Plato ‘escam malorum’ appellat voluptatem, quod ea videlicet homines capiantur ut pisces), quamquam inmoderatis epulis caret senectus, modicis tamen conviviis delectari potest.

Cicero, *Cato maior de senectute*, 44 (K. Simbeck ed., p.23).

9. Quod si haec noster Sulpicius faceret, multo eius oratio esset pressior; in qua nunc interdum, ut in herbis rustici solent dicere in summa ubertate, inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est.

Cicero, *De oratore*, 2.96 (K. Kumaniecki ed., p.143).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 13: De continentia et incontinentia cupiditatum et voluptatum (fol.108ra):

Tullius rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 9. **Continentia est virtus per quam cupiditas consilii gubernatione regitur.**<sup>1</sup> Idem de officiis libro 2. capitulo 53. **Efficiendum est vt appetitus obediant rationi.**<sup>2</sup> 57. capitulo. **Uictus cultusque corporis et ad valitudinem referantur et ad vires non ad voluptatem.**<sup>3</sup> Idem tusculanarum questionum libro i. **Magni ingenii est reuocare mentem a sensibus: et cogitationem a consuetudine abducere.**<sup>4</sup> Libro 5. et finali. **Nunquam finem inueniet libido.**<sup>5</sup> **Sapientia semper eo contenta est quod adest.**<sup>6</sup>

1. Continentia est, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur; clementia, per quam animi temere in odium alicuius iniectionis concitati comitate retinentur; modestia, per quam pudor honesti curam et stabilem comparat auctoritatem.

Cicero, *De inuentione*, 2.54.164 (E. Stroebel ed., p.149).

2. Efficiendum autem est ut appetitus rationi oboediant eamque neque praecurrant nec propter pigritiam aut ignauiam deserant sintque tranquilli atque omni animi perturbatione careant ex quo elucebit omnis constantia omnisque moderatio.

Cicero, *De officiis*, 1.29.102 (C. Atzert ed., p.35).

3. Itaque uictus cultusque corporis ad ualitudinem referatur et ad uires non ad uoluptatem.

Cicero, *De officiis*, 1.30.106 (C. Atzert ed., p.36).

4. Magni autem est ingenii sevocare mentem a sensibus et cogitationem ab consuetudine abducere.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.16.38 (M. Pohlenz ed., p.236).

5. Nam Xerxes quidem refertus omnibus praemiis donisque fortunae, non equitatu, non pedestribus copiis, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus praemium proposuit, qui inuenisset novam voluptatem – qua ipsa non fuit contentus; neque enim umquam finem inueniet libido –, nos vellem praemio elicere possemus, qui nobis aliquid attulisset, quo hoc firmiter crederemus.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.7.20 (M. Pohlenz ed., p.413).

6. Etenim ut stultitia, etsi adepta est quod concupivit, numquam se tamen satis consecutam putat, sic sapientia semper eo contenta est quod adest, neque eam umquam sui paenitet.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.18.54 (M. Pohlenz ed., p.428).

Liber 4, Pars 4, Rubrica 16: De saturitate crapula et ebrietate (fol.108vb):

Tullius de fine bonorum et malorum libro 2. **Socrates dixit esse condimentum esse famem: potionis sitim.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis noue libro 5. capitulo 28. **Esse oportet vt uiuas non viuere vt edas.**<sup>2</sup>

1. Huic ego, si negaret quicquam interesse ad beate vivendum quali uteretur victu, concederem, laudarem etiam; verum enim diceret, idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem, cibi condimentum esse famem, potionis sitim.

Cicero, *De finibus bonorum et malorum*, 2.28.90 (T. Schiche, p.73).

2. Commutatio est, cum duae sententiae inter se discrepantes ex traiectione ita efferuntur, ut a priore posterior contraria priori proficiscatur, hoc modo: 'Esse oportet, ut uiuas, non uiuere, ut edis.'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.28.39 (F. Marx ed., p.149).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 5: De natura venerei amoris (fol.112ra):

Tullius tusculanarum questionum libro 5 et finali. **Nunquam finem inueniet libido.**

Nam Xerxes quidem refertus omnibus praemiis donisque fortunae, non equitatu, non pedestribus copiis, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus praemium proposuit, qui invenisset novam voluptatem – qua ipsa non fuit contentus; neque enim unquam finem inueniet libido –, nos vellem praemio elicere possemus, qui nobis aliquid attulisset, quo hoc firmiter crederemus.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.7.20 (M. Pohlenz ed., p.413).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 10: De molestia et damno amoris venerei (fol.113va):

Tullius tusculanarum questionum libro 5. et finali. **Nunquam finem inueniet libido.**

Nam Xerxes quidem refertus omnibus praemiis donisque fortunae, non equitatu, non pedestribus copiis, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus praemium proposuit, qui invenisset novam voluptatem – qua ipsa non fuit contentus; neque enim unquam finem inueniet libido –, nos vellem praemio elicere possemus, qui nobis aliquid attulisset, quo hoc firmiter crederemus.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 5.7.20 (M. Pohlenz ed., p.413).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 2: De viciis mulierum et reprobatione earum (fol.114va):

Tullius rethoricorum artis veteris: libro i. capitulo 13. **Mulierum genus auarum est.**

Si non ad id, quod instituitur, accommodabitur aliqua pars argumentationis, horum aliquo in vitio reperietur: si plura pollicitus pauciora demonstrabit; aut si, cum totum debet ostendere, de parte aliqua loquatur, hoc modo: 'Mulierum genus auarum est; nam Eriphyla auro viri vitam vendidit'; aut si non id, quod accusabitur, defendet, ut, si qui, cum ambitus accusabitur, manu se fortem esse defendet; aut ut Amphion apud Euripidem, [item apud Pacuvium,] qui vituperata musica sapientiam laudat; aut si res ex hominis vitio vituperabitur, ut, si qui doctrinam ex alicuius docti vitiis reprehendat; aut si qui, cum aliquem volet laudare, de felicitate eius, non de virtute dicat; aut si rem cum re ita comparabit, ut alteram se non putet laudare, nisi alteram vituperarit; aut si alteram ita laudet, ut alterius non faciat mentionem; aut si, cum de certa re quaeretur, de communi instituetur oratio, ut, si quis, cum aliqui deliberent, bellum gerant an non, pacem laudet omnino, non illud bellum inutile esse demonstrat; aut si ratio alicuius rei reddetur falsa, hoc modo: 'Pecunia bonum est, propterea quod ea maxime vitam beatam efficiat'; aut infirma, ut Plautus: 'Amicum castigare ob meritam noxiam, / Immune est facinus; verum in aetate utile / Et conducibile; nam ego amicum hodie meum / Concastigabo pro commerita noxia'; / aut eadem, hoc modo: 'Malum est avaritia; multos enim magnis incommodis affecit pecuniae cupiditas'; aut parum idonea, hoc modo: 'Maximum bonum est amicitia; plurimae enim delectationes sunt in amicitia....'

Cicero, *De inuentione*, 1.50.94 (E. Stroebel ed., p.66).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 1: De fortitudine animi (fol.117ra):

Tullius de officiis libro i. capitulo 38. **Fortis animi et constantis est: non perturbari in rebus asperis: nec tumultuatum de gradu deiici: sed prestantis animi vti consilio: nec a ratione discedere.**<sup>1</sup> Idem rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 9. **Fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum perpassio. Fortitudinis partes sunt: Magnificentia: Fidentia: Patientia: Perseuerantia.**<sup>2</sup> Idem rethoricorum artis noue libro 3. capitulo 2. **Fortitudo est rerum magnarum appetitio: et rerum humilium contemptio: et laboris cum vtilitatis ratione perpassio.**<sup>3</sup> Libro 5. capitulo 10. **Ei non multum potest obesse fortuna qui sibi firmiter in virtute quam in casu presidium collocavit.**<sup>4</sup> 21. capitulo. **Fortitudo contemptio est laboris et periculi cum ratione vtilitatis et compensatione commodorum.**<sup>5</sup> Idem de oratore libro 2. **Magna laus et admirabilis videri solet tullisse casus sapienter aduersos: non fractum esse fortuna: retinuisse in rebus asperis dignitatem.**<sup>6</sup> Idem tusculanarum questionum libro i. in fine. **Teneamus vt nihil censeamus esse malum quod sit a natura datum omnibus.**<sup>7</sup> Libro 2. **Qui id quod vitari non potest metuit: is viuere animo quieto nullo modo potest. Qui montem non timet magnum: is presidium sibi ad beatam vitam comparat.**<sup>8</sup> **Nunquam ingemiscit vir fortis et sapiens nisi forte vt se incendat ad firmitatem.**<sup>9</sup>

1. Fortis uero animi et constantis est non perturbari in rebus asperis nec tumultuantem de gradu deiici ut dicitur sed praesenti animo uti et consilio nec a ratione discedere.

Cicero, *De officiis*, 1.23.80 (C. Atzert ed., p.27).

2. Fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum perpassio. Eius partes magnificentia, fidentia, patientia, perseverantia.

Cicero, *De inuentione*, 2.54.163 (E. Stroebel ed., p.149).

3. Fortitudo est rerum magnarum adpetitio et rerum humilium contemptio et laboris cum utilitatis ratione perpassio.

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 3.2.3 (F. Marx ed., p.74).

4. In sententia hoc pacto: 'Ei non multum potest obesse fortuna, qui sibi firmiter in uirtute, quam in casu praesidium conlocavit.'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.19.27 (F. Marx ed., p.135).

5. Item: 'Non est ista fortitudo, sed temeritas, propterea quod fortitudo est contemptio laboris et periculi cum ratione utilitatis et compensatione commodorum, temeritas est cum inconsiderata dolorum perpassione gladiatoria periculorum susceptio.'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.25.35 (F. Marx ed., pp.144-5).

6. Magna etiam illa laus et admirabilis videri solet tullisse casus sapienter aduersos, non fractum esse Fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem.

Cicero, *De oratore*, 2.346 (K. Kumaniecki ed., p.252).

7. Etsi, quod praeter deos negat scire quemquam, id scit ipse utrum sit melius nam dixit ante, sed suum illud, nihil ut adfirmet, tenet ad extremum; nos autem teneamus, ut nihil censeamus esse malum, quod sit a natura datum omnibus, intellegamusque, si mors malum sit, esse sempiternum malum.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.42.99 (M. Pohlenz ed., p.268).



8. Nam qui id quod vitari non potest metuit, is vivere animo quieto nullo modo potest; sed qui non modo quia necesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors quod sit horrendum, mortem non timet, magnum is sibi praesidium ad beatam vitam comparavit.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.1.2 (M. Pohlenz ed., p.180).

9. Nec vero umquam ne ingemescit quidem vir fortis ac sapiens, nisi forte ut se intendat ad firmitatem, ut in stadio cursores exclamant quam maxime possunt.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.23.56 (M. Pohlenz ed., p.309).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 2: De patientia et impatientia (fol.118ra):

Tullius rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 9. **Patientia est honestatis: aut vtilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diurna perpensio.**

Magnificentia est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione cogitatio atque administratio; fidentia est, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciae certa cum spe conlocavit; patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio; perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio.

Cicero, *De inuentione*, 2.54.163 (E. Stroebel ed., p.149).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 4: De animi constantia seu perseuerantia leuitate pertinacia et mutabilitate (fol.119ra):

Tullius de officiis: libro i. capitulo 36. **Fortis animi et constantis est non perturbari in rebus asperis nec tumultuatum de gradu deiici: sed prestantis animi vti consilio: nec a ratione discedere.**<sup>1</sup> capitulo 45. **Ut aduersas res: sic secundas immoderate ferre leuitatis est: preclara que est in omni vita: et idem semper vultus: eademque frons.**<sup>2</sup> Idem rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 9. **Perseuerantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua mansio.**<sup>3</sup>

1. Fortis uero animi et constantis est non perturbari in rebus asperis nec tumultuantem de gradu deiici ut dicitur sed praesenti animo uti et consilio nec a ratione discedere.

Cicero, *De officiis*, 1.23.80 (C. Atzert ed., p.27).

2. Nam ut aduersas res sic secundas immoderate ferre leuitatis est praeclaraque est aequabilitas in omni uita et idem semper uultus eademque frons ut de Socrate idemque de C. Laelio accepimus.

Cicero, *De officiis*, 1.26.90 (C. Atzert ed., p.31).

3. Magnificentia est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione cogitatio atque administratio; fidentia est, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciae certa cum spe conlocavit; patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpersio; perseuerantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio.

Cicero, *De inuentione*, 2.54.163 (E. Stroebel ed., p.149).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 5: De spe et desperatione (fol.119va):

Tullius inuectiuarum in catilinam libro 4. et finali. **Spes sola hominem in miseriis consolari solet.**

Eripit etiam spem, quae sola homines in miseriis consolari solet.

Cicero, *In Catilinam orationes*, 4.8 (P. Reis ed., p.39).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 6: De magnanimitate et magnificentia et pusillanimitate (fol.120ra):

Tullius rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 9. **Magnificentia est rerum magnarum cum animi ampla quadam et splendida propositione cogitatio atque administratio.**

Magnificentia est rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione cogitatio atque administratio; fidentia est, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciae certa cum spe conlocavit; patientia est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpersio; perseverantia est in ratione bene considerata stabilis et perpetua permansio.

Cicero, *De inuentione*, 2.54.163 (E. Stroebel ed., p.149).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.121rb):

Tullius tusculanarum questionum libro 3. **Nunquam sapiens irascitur.**<sup>1</sup> Libro 4. **Ira est libido puniendi eum qui videatur lesisse iniuria.**<sup>2</sup> **Animus qui turbatus et concitatus cohibere se non potest: nec quo loco vult insistere.**<sup>3</sup> Idem in oratione pro marco marcello: **Iracundia est inimica consilio.**<sup>4</sup> Idem de oratore libro 2. **Habet et voluntatem nocendi iracundia.**<sup>5</sup>

1. Sapiensis autem animus semper vacat vitio, numquam turgescit, numquam tumet; at irati animus eius modi est: numquam igitur sapiens irascitur.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.9.19 (M. Pohlenz ed., p.326).

2. Quae autem libidini subiecta sunt, ea sic definiuntur, ut ira sit libido poeniendi eius qui videatur laesisse iniuria, excandescencia autem sit ira nascens et modo existens, quae θυμωσις Graece dicitur, odium ira inveterata, inimicitia ira ulciscendi tempus observans, discordia ira acerbior intimo animo et corde concepta, indigentia libido inexplebilis, desiderium libido eius, qui nondum adsit, videndi.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 4.9.21 (M. Pohlenz ed., p.371).

3. Ut enim id non potest, sic animus perturbatus et incitatus nec cohibere se potest nec, quo loco vult, insistere.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 4.18.41 (M. Pohlenz ed., p.381).

At vero cum aliquid clementer mansuete iuste moderate sapienter factum, in iracundia praesertim quae est inimica consilio, et in victoria quae natura insolens et superba est, audimus aut legimus, quo studio incendimur non modo in gestis rebus, sed etiam in fictis, ut eos saepe quos numquam vidimus diligamus!

Cicero, *Pro M. Claudio Marcello oratio*, 9 (A. Klotz ed., p.72).

Habet enim et voluntatem nocendi in iracundia et vim in ingenio et pondus in vita; nec, si hoc Crassus non committit, ideo non multi et saepe committunt.

Cicero, *De oratore*, 2.302 (K. Kumaniecki ed., p.233).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 8: De vindicta et clementia seu remissione proprie iniurie (fol.122va):

Tullius rethoricorum artis veteris libro 2. capitulo 9. **Uindicatio est per quam vix aut iniuria: et omnino omne quod offuturum est defendendo aut vlciscendo propulsatur.**<sup>1</sup> **Clementia est per quam animi temere in odium alicuius inuiectionis concitati comitate retinentur.**<sup>2</sup> 12. capitulo. **His qui imprudentes leserunt ignosci conuenit.**<sup>3</sup> Idem de officiis libro i. capitulo 41. **Nihil laudabilius: nihil magno et preclaro viro dignius placabilitate atque clementia.**<sup>4</sup> Idem in oratione pro quinto ligario. **Homines ad deos nulla propius accedunt quam salutem hominibus dando. Nihil habet melius quam vt velis conseruare quam plurimos.**<sup>5</sup>

1. Religio est, quae superioris cuiusdam naturae, quam divinam vocant, curam caerimoniamque affert; pietas, per quam sanguine coniunctis patriaeque benivolum officium et diligens tribuitur cultus; gratia, in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria et remunerandi voluntas continetur; vindicatio, per quam vis aut iniuria et omnino omne, quod obfuturum est, defendendo aut ulciscendo propulsatur; observantia, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore dignantur; veritas, per quam inmutata ea, quae sunt [ante] aut fuerunt aut futura sunt, dicuntur.

Cicero, *De inuentione*, 2.53.161 (E. Stroebel ed., p.148).

2. Continentia est, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur; clementia, per quam animi temere in odium alicuius iniiectionis concitati comitate retinentur; modestia, per quam pudor honesti curam et stabilem comparat auctoritatem.

Cicero, *De inuentione*, 2.54.164 (E. Stroebel ed., p.149).

3. In contrariis, hoc modo: 'Nam si iis, qui inprudentes laeserunt, ignosci conuenit, iis, qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet.'

Cicero, *De inuentione*, 1.30.46 (E. Stroebel ed., p.39).

4. Nec uero audiendi qui grauiter inimicis irascendum putabunt idque magnanimi et fortis uiri esse censebunt nihil enim laudabilius nihil magno et praeclaro uiro dignius placabilitate atque clementia.

Cicero, *De officiis*, 1.25.88 (C. Atzert ed., p.30).

5. Homines enim ad deos nulla re propius accedunt quam salutem hominibus dando. Nihil habet nec fortuna tua maius quam ut possis, nec natura melius quam ut velis seruare quam plurimos.

Cicero, *Pro Q. Ligario oratio*, 38 (A. Klotz ed., p.99).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 10: De timore (fol.123vb):

Tullius tusculanarum questionum: libro 2. **Qui quod mutari non potest metuit: is vivere animo quieto nullo modo potest.**<sup>1</sup> Idem in oratione pro marco marcello: **Si in altero peccandum sit: mallem videri magis timidus quam parum prudens.**<sup>2</sup>

1. Nam qui id quod vitari non potest metuit, is vivere animo quieto nullo modo potest; sed qui non modo quia necesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors quod sit horrendum, mortem non timet, magnum is sibi praesidium ad beatam vitam comparavit.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.1.2 (M. Pohlenz ed., p.180).

2. Quod si in alterutro peccandum sit, malim videri nimis timidus quam parum prudens.

Cicero, *Pro M. Claudio Marcello oratio*, 9 (A. Klotz ed., p.72).



Pars 5, Liber 1, Rubrica 11: De audacia (fol.124va):

Tullius tusculanarum questionum libro 2. **Profunda voce omne corpus intenditur: venitque plaga vehementior.**

Faciunt idem, cum exercentur, athletae; pugiles vero, etiam cum feriunt adversarium, in iactandis caestibus ingemescunt, non quod doleant animove succumbant, sed quia profundenda voce omne corpus intenditur venitque plaga vehementior.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.23.56 (M. Pohlenz ed., p.309).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 12: De temeritate (fol.125ra):

Tullius rethoricorum artis noue: libro 5. capitulo 21. **Temeritas est cum inconsiderata dolorum perpeffione gladiatoria periculorum susceptio.**

Item: 'Non est ista fortitudo, sed temeritas, propterea quod fortitudo est contemptio laboris et periculi cum ratione utilitatis et compensatione commodorum, temeritas est cum inconsiderata dolorum perpeffione gladiatoria periculorum susceptio.'

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.25.35 (F. Marx ed., pp.144-5).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 1: Unde oriuntur bella (fol.125rb):

Tullius phylippicorum libro 12. et penultimo. **Fortitudo dimicare iubet. Iustum odium incendit ad confligendum: impellit vocat ad periculum.**

Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo solum uerum etiam sapientia postulatur – quamquam uix uidentur haec posse seiungi, seiungamus tamen – fortitudo dimicare iubet, iustum odium incendit, ad confligendum impellit, uocat ad periculum; quid sapientia?

Cicero, *Orationes Philippicae*, 13.6 (P. Fedeli ed., p.157).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 2: De iustis causis assumendi bellum (fol.125rb):

Tullius phylippicorum libro 7. **Que causa iustior est belli gerendi quam seruitutis depulsio.**<sup>1</sup>

Libro 9. **Pro libertate vite periculo decertandum est.**<sup>2</sup> Idem de officiis libro i. capitulo 35.

**Bellum ita suscipiatur: vt nihil aliud nisi pax quesita videatur.**<sup>3</sup>

1. Quae causa iustior est belli gerendi quam seruitutis depulsio?

Cicero, *Orationes Philippicae*, 8.12 (P. Fedeli ed., p.110).

2. Magna quidem nos spe et prope explorata libertatis causam suscepimus; sed ut concedam incertos exitus esse belli Martemque communem, tamen pro libertate uitae periculo decertandum est.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 10.20 (P. Fedeli ed., p.129).

3. Bellum autem ita suscipiatur ut nihil aliud nisi pax quaesita uideatur.

Cicero, *De officiis*, 1.23.80 (C. Atzert ed., p.27).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 3: De belli pressura periculo et euentu (fol.125va):

Tullius phylippicorum libro 9. **Concede incertos exitus esse bello: martemque communem.**<sup>1</sup>

Libro 12. **Incertus exitus belli est.**<sup>2</sup> Libro 13. et finali. **Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet.**<sup>3</sup>

1. Magna quidem nos spe et prope explorata libertatis causam suscepimus; sed ut concedam incertos exitus esse belli Martemque communem, tamen pro libertate uitae periculo decertandum est.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 10.20 (P. Fedeli ed., p.129).

2. At incertus exitus belli.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 13.5 (P. Fedeli ed., p.157).

3. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 14.32 (P. Fedeli ed., p.181).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 19: De modis artificiosis preliandi (fol.129va):

Tullius tusculanarum questionum libro 2. **Profunda voce omne corpus incenditur: venitque plaga vehementior.**

Faciunt idem, cum exercentur, athletae; pugiles vero, etiam cum feriunt adversarium, in iactandis caestibus ingemescunt, non quod doleant animove succumbant, sed quia profundenda voce omne corpus incenditur venitque plaga vehementior.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.23.56 (M. Pohlenz ed., p.309).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 28: De cautelis inducendi suspitiones malignas inter hostes (fol.131vb):

Tullius phylippicorum: libro 11. **Quis est qui ad bellum inflammato animo futurus sit spe pacis oblata.**

Quis est enim qui ad bellum inflammato animo futurus sit spe pacis oblata?

Cicero, *Orationes Philippicae*, 12.8 (P. Fedeli ed., p.147).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 2: De fortuitis aut fatalibus accidentibus aduersitatis vel prosperitatis (fol.137va-vb):

Tullius rethoricorum artis noue libro 5. capitulo 10. **Omnia subiecta sunt sub fortune dominatione. Erant qui in prosperis fortune rebus cunctos se putant fugisse.<sup>1</sup> Et non multum potest obesse fortuna qui sibi firmiter in uirtute quam in casu praesidium collocauit.<sup>2</sup> Idem de amicitia. Non solum ipsa est caeca fortuna: sed etiam plerumque efficit cecos quos complexa est.<sup>3</sup>**

1. Sed illud quoque probandum est genus sententiae, quod confirmatur subiectione rationis, hoc pacto: ‘Omnes bene uiuendi rationes in uirtute sunt conlocandae, propterea quod sola uirtus in sua potestate est, omnia praeterea subiecta sunt sub fortunae dominationem.’ Item: ‘Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt, hi, simul ac fortuna dilapsa est, deuolant omnes. Cum enim recessit ea res, quae fuit consuetudinis causa, nihil superest, quare possint in amicitia teneri.’ Sunt item sententiae, quae dupliciter efferuntur. Hoc modo sine ratione: ‘Errant, qui in prosperis rebus omnis impetus fortunae se putant fugisse; sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus aduersos reformidant.’

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.17.24 (F. Marx ed., pp.132-3).

2. In sententia hoc pacto: ‘Ei non multum potest obesse fortuna, qui sibi firmiter in uirtute, quam in casu praesidium conlocauit.’

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.19.27 (F. Marx ed., p.135).

3. Non enim solum ipsa Fortuna caeca est, sed eos etiam plerumque efficit caecos quos complexa est; itaque efferuntur fere fastidio et contumacia nec quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest.

Cicero, *De amicitia*, 54 (K. Simbeck ed., p.67).



Pars 5, Liber 3, Rubrica 3: De mutabilitate et caducitate prosperitatis atque aduersitatis ex inopinatis casibus fortuitis aut fatalibus (fol.138ra):

Tullius rethoricorum artis noue libro 10. capitulo. **Erant qui in prosperis rebus cunctos fortune impetus se putant fugisse. Sapienter cogitant qui temporibus secundis casus aduersos reformidant.**

Hoc modo sine ratione: ‘Errant, qui in prosperis rebus omnis impetus fortunae se putant fugisse; sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus aduersos reformidant.’

Pseudo-Cicero, *Rhetorica ad Herennium*, 4.17.24 (F. Marx ed., p.133).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 6: De tristitia et merore (fol.140ra-rb):

Tullius tusculanarum questionum libro 3. **Qui id quod mutari non potest metuit: is vivere animo quieto nullo modo potest.**<sup>1</sup> Libro 3. **Quid est quod plus valeat ponendum dolorem quam cum est intellectum nihil profici et frustra esse susceptum.**<sup>2</sup> Idem phylippicorum libro 2. **Homines quamuis in turbidis rebus sint: tamen si modo homines sunt interdum animis relaxantur.**<sup>3</sup>

1. Nam qui id quod vitari non potest metuit, is vivere animo quieto nullo modo potest; sed qui non modo quia necesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors quod sit horrendum, mortem non timet, magnum is sibi praesidium ad beatam vitam comparavit.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.1.2 (M. Pohlenz ed., p.180).

2. Quid est autem quod plus valeat ad ponendum dolorem, quam cum est intellectum nil profici et frustra esse susceptum?

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.28.66 (M. Pohlenz ed., p.351).

3. Ne <de> iocis quidem respondebo quibus me in castris usum esse dixisti: erant quidem illa castra plena curae; uerum tamen homines, quamuis in turbidis rebus sint, tamen, si modo homines sunt, interdum animis relaxantur.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 2.39 (P. Fedeli ed., p.28).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 7: De fletu et lamentatione (fol.141ra):

Tullius tusculanarum questionum libro 2. **Quid fletu muliebri viro turpius.**

Quid est enim fletu muliebri viro turpius?

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.24.57 (M. Pohlenz ed., p.310).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 8: De miseria et miseris (fol.141va):

Tullius paradoxorum distinctione 2. **Ut improbo et stulto et inertī nemini bene esse potest: Sic bonus vir et fortis et sapiens miser esse non potest.**

Quam ob rem, ut improbo et stulto et inertī nemini bene esse potest, sic bonus vir et sapiens et fortis miser esse nemo potest.

Cicero, *Paradoxa Stoicorum*, 2.19 (C.F.W. Müller ed., p.202).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 11: De diuina consolatione miserabilium personarum (fol.142va):

Tullius tusculanarum questionum libro 3. **Misericordia est egritudo ex alterius rebus aduersis.**

Atqui, quem ad modum misericordia aegritudo est ex alterius rebus aduersis, sic invidentia aegritudo est ex alterius rebus secundis.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 3.10.21 (M. Pohlenz ed., p.327).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 2: De vite breuitate et quantitate (fol.143va):

Tullius in oratione pro marco marcello. **Quid est hoc ipsum diu in quo est aliquid extremum: quod cum venerit omnis voluptas preterita pro nihilo est: quia postea nulla est futura.**

Quid est enim omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum? Quod cum venit, omnis voluptas praeterita pro nihilo est, quia postea nulla est futura.

Cicero, *Pro M. Claudio Marcello oratio*, 27 (A. Klotz ed., p.79).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 5: De meditatione mortis et vite (fol.144va):

Tullius de senectute: **Nemo est tam senex qui se annum non putet posse viuere.**

Quamquam in aliis minus hoc mirum est; nemo enim est tam senex qui se annum non putet posse viuere; sed idem in eis elaborant quae sciunt nihil ad se omnino pertinere: ‘Serit arbores, quae alteri saeculo prosint,’ ut ait Statius noster in Synephebis.

Cicero, *Cato maior de senectute*, 24 (K. Simbeck ed., p.12).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 7: Quod mors non sit metuenda (fol.144vb):

Tullius tusculanarum questionum libro i. in fine. **Teneamus vt nihil censeamus esse malum quod sit a natura datum omnibus.**<sup>1</sup> Libro 2. **Qui id quod vitari non potest metuit: is viuere animo quieto nullo modo potest. Qui mortem non timet magnum is presidium sibi ad beatam vitam comparat.**<sup>2</sup>

1. Etsi, quod praeter deos negat scire quemquam, id scit ipse utrum sit melius nam dixit ante, sed suum illud, nihil ut adfirmet, tenet ad extremum; nos autem teneamus, ut nihil censeamus esse malum, quod sit a natura datum omnibus, intellegamusque, si mors malum sit, esse sempiternum malum.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.42.99 (M. Pohlenz ed., p.268).

2. Nam qui id quod vitari non potest metuit, is viuere animo quieto nullo modo potest; sed qui non modo quia necesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors quod sit horrendum, mortem non timet, magnum is sibi praesidium ad beatam vitam comparavit.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 2.1.2 (M. Pohlenz ed., p.180).



Pars 5, Liber 4, Rubrica 8: De turpi et mala vita spernenda et mortis acceptabilitate (fol.145rb):

Tullius phylippicorum libro 3. **Ad decus: et libertatem nati sumus: aut hec teneamus: aut cum dignitate moriamur.**

Ad decus et ad libertatem nati sumus: aut haec teneamus aut cum dignitate moriamur.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 3.36 (P. Fedeli ed., p.68).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 9: De vita fruenda (fol.145rb):

Tullius tusculanarum questionum libro i. **Uetat dominans in nobis deus in iussu hic nos suo demigrare.**

Vetat enim dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare; cum vero causam iustam deus ipse dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, saepe multis, ne ille me Dius Fidius vir sapiens laetus ex his tenebris in lucem illam excesserit, nec tamen ille vincla carceris ruperit – leges enim vetant –, sed tamquam a magistratu aut ab aliqua potestate legitima, sic a deo evocatus atque emissus exierit.

Cicero, *Tusculanae disputationes*, 1.30.74 (M. Pohlenz ed., p.255).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 10: De laudabiliter morientibus et laudabili fama mortuorum (fol.145va):

Tullius phylippicorum libro 13. et finali. **Brevis a natura nobis vita data est: at memoria bene redite vite sempiterna.**<sup>1</sup> Idem in oratione pro marco marcello: **Nec hec tua vita dicenda est que corpore et spiritu continetur: illa inquam vita est tua que vigebit memoria seculorum omnium: quam posteritas alet: quam ipsa eternitas semper tuebitur huic tu inseruias: huic te obstantes oportet.**<sup>2</sup>

1. Brevis a natura uita nobis data est; at memoria bene redditae uitae sempiterna.

Cicero, *Orationes Philippicae*, 14.32 (P. Fedeli ed., p.181).

2. Nec vero haec tua vita ducenda est, quae corpore et spiritu continetur; illa inquam, illa vita est tua quae vigebit memoria saeculorum omnium, quam posteritas alet, quam ipsa aeternitas semper tuebitur. Huic tu inservias, huic te ostentes oportet, quae quidem quae miretur iam pridem multa habet; nunc etiam quae laudet exspectat.

Cicero, *Pro M. Claudio Marcello oratio*, 28 (A. Klotz ed., p.79).